



Small white label on the spine with red markings.

UVA BHSC

166

198

I

W. H. P. [unclear] [unclear] [unclear]  
Ligueni Dne G. [unclear] [unclear]

Faint, illegible markings or bleed-through from the reverse side of the page.

UVA.BHSC

UVA.BHSC

PREMONSTR

monasterii

in

Abbatibus

et

UVA.BHSC



A.163

1

# PRÆMONS

raiensis Philosophi

eus Cursus iuxta Aristo

telis, & Divi Tho

ma Doctrinam.

BRAEMONS

ITAKERS ANTIOSOPH

THE CLARENCE

7 1/2

and

Accipere exemplis in flore. Airus ille, quo flores t<sup>o</sup> mentis inquisitio  
 cognoscit, nihil de illo affirmando, negando, dicitur apprehensio. Actu  
 quo affirmat dicendo: flos est pulcher; ut negat dicendo: flos non est pulcher  
 dicitur iudicium. Si a, ex quo sit pulcher, inferat<sup>o</sup> delectat vult, hic  
 actus vocatur dicitur. Ad hanc q<sup>o</sup> resparring nri inctus operatio  
 dirigenda, logica parva in nri libror dicitur, in quor<sup>o</sup> quo-  
 libet de una suo ordine agemus.

Tractatus Sumulisticus.

Liber Primus.

De pertinentibus ad primam operationem intellectus.

2  
 Sicut natura a facilibus ad difficiliora procedit, sic ars; aut  
 aut simplicia faciliora componit; Unde a simplicioribus in  
 qualibet scientia in nri sumitur. Cui a t<sup>o</sup> inctus operatio sit  
 apprehensio simpliciu; recte in logica de pertinentibus ad id  
 primo sermone in nri sumitur. Ad hanc q<sup>o</sup> pertinent termini, qui  
 nomine simplicis dicitur appellat<sup>o</sup> phosus, et ex eo d<sup>o</sup> th. Lopez  
 yher. lec. 4: unde de illis in nri agemus. Cetero, q<sup>o</sup> omnia ind-  
 umentra logicalia per significatione definitur phosus, ut ad  
 omnia illa intelligenda pateat aditus, primum signor<sup>o</sup>  
 explicat<sup>o</sup>. Pro quo sit.

Caput Primum  
 De signo.

§us Primus. De natura signi.

5.  
 Signu, q<sup>o</sup> a signando quoniam habet, sic communiter definitur: obiect-  
u, quod potentie cognoscitive alit<sup>o</sup> aliud esse representat. Que  
 definitio est bona, non contrat genere, et differentia. Genus est: pra-  
o, pro quod unu venit in aliis: differentia est, pra-  
o, per quod differt ab omni non ipso: quor<sup>o</sup> utrumque in tra definitione  
reperitur. Per se, obiect<sup>o</sup> convenit signu cu aliis obiectis, que signa  
non sunt, ut, cu homine, t<sup>o</sup> pariete a me vini, qui meo potentie vult  
sunt obiect<sup>o</sup>, et t<sup>o</sup> nil esse dicitur representant: Unde parla ob-  
iect<sup>o</sup> raeo generis obtinet. Obiect<sup>o</sup> aliud esse obtinet raeo  
differe, ut per hoc differt signu ab o non signo, ut patet in ex-  
pio allato. Ut clarius differe percipiatur, singulas parlas explabimus.

6

Obiectum est: quod obicitur potentie ut ab ipso percipiatur. Et autem triplex obiectum: motivum tantum, terminativum tantum, motivum, et terminativum simul. 1<sup>o</sup> est: quod movet potentiam ad aliquid cognitionis. Ut imago parentis <sup>Roberti</sup>, que excitat intellectum ut cogitat, et formet notionem, conceptum ipsius <sup>Sancti</sup> Patris. 2<sup>o</sup> est: vel cognitum per notionem, ab alio obiecto excitatum. Ut parenti <sup>Sancti</sup> Robertus cognitum per notionem, que excitat illius imago. 3<sup>o</sup> est: res movens, vel excitans sui ipsius cognitionem. Ut <sup>Sancti</sup> Hobb. in se ipso videretur. Particula autem obicitur in definitione signi intelligitur de motivo tantum, et non de aliis, que aliud esse non representant.

7

Representare est, res fieri presentem potentie, vel per se ipsam, et hoc dicitur obiective representare: vel per conceptum, aut instrumentum; quod dicitur representare formaliter, vel instrumentaliter. Obiective representare pertinet ad rationem signi; ut innuit parva aliquid esse in definitione posita, que denotat, signum representare aliquid esse realiter diversum. Parva potentie cognitivum, denotat potentiam, cui representatio fit per signum, ut veniat in cognitionem signari. Hec autem potest non solum esse intellectus, sed etiam sensus quilibet, non solum hominum, sed etiam brutorum; habent in brutis sua signa, ut ait D. Th. q. 22 de veritate ar. 4 ad 33. Et etiam experientia constat, quod equi, audita militum, et cuba excitantur ad prelium: et canes cecorum, vultu matroni rari, quosdam determinatos saltus emittunt.

**Secundus.**  
**Defenditur ab obiectis signi definitio.**

8

Obicitur 1<sup>o</sup> nostra definitio traditur per hoc, quod est representare; id datur signum, quod nihil repræsentat. Probatur in hoc: vox nihil est signum; sed hec repræsentat nihil: quod licet sita maiori, negando minori: ad minus probatur, disjuncto minore: hec vox repræsentat nihil ex parte rei infans; ocido mire: ex modo infandi, nego mire, et cog. Licet in nihil representet carentiam uniuscuiusque rei, tamen illa representat, ac si esset aliquid, qui modus representandi, seu infandi, sufficit ad rationem signi; et per tale vocem deveniamus in cognitionem carentie, per illa significare. Obicitur 2<sup>o</sup> vox homo in libro scriptura, et clausa est signum; id nihil representat potentie cognitivum; maior communiter admittitur: et minor probatur: talis vox non est

9

preheni alicui potentie: q. = sicut scia maiori, distinguendo minore: in hinc  
 presentat potentie cognoscitive actu, scido minore: aptitudinaliter, nego mi-  
 nore, et consequentia: hinc, ut ait commune axioma: verba in definitione  
posita non dicuntur actu, sed aptitudinaliter: Unde representare in nostra def-  
 initione, non dicitur actuale representatione, sed tantum aptitudinem  
 proxima ad representandum; hanc autem habet predicta vox; nam de se  
 proxime apta est, ut, cuiuscunque potentie obiectatur, aliquid ac di-  
 stinctum representet.

10p Obiecti 3: datur signum qd non representat aliud  
 a se: q. Probat: particula aliud a se denotat diversitatem specificam et es-  
 sentiali; id datur signum eiusdem speciei et signato: q. hinc est evidet. Pro-  
 batur: imago depicta ad similitudinem alterius imaginis est signum illi-  
 us; sed una imago non differt specie ab alia: cum utraque sit ex eadem  
 specificis materia, et forma artificiali: q. = sicut negando autem ad pro-  
 bationem nego minore; ad cuius probationem nego maiore. Licet in una  
 imago transcriberetur ex alia, non requiritur, quod ipsa representet;  
 qd ad representationem per accidens se habet, qd ex ipsa transcribitur.  
 Utraque imago eque representat sui prototypum, ac si ex illo trans-  
 criberetur: unde imago per aliam depicta, non huius, sed tantum pro-  
 totypum est signum.

11p Vel si admittat maiore, id est qd una imago est signum al-  
 terius, distinguendo minore: sic: non differt specie ab alia in enephi-  
sico, et artificiali, scido minore: in esse naturali, et ratione alterius  
 excellentie, nego minore, et consequentia. Imago in formata, ut ad  
 similitudinem imaginis sicut in vitis, dici potest signum illius. Sed ipsa  
 primitiva imago differt specie ab alia, vel ratione miraculorum,  
 vel antiquitatis, vel alterius rei, que ipsa excellentiore facit in pro-  
 ximo iudicio.

### De Tertio Traditur divisio signi.

12p Dividitur signum in formale, et instrumentale. 13 est forma-  
le notitia rei, illa se ipsa, et non mediante alio representans. Pro cu-  
 ius definitionis intelligentia nota, qd intellectus noster ex rebus sensu  
 perceptis, ipsas cogendo, format in se quosdam illarum imagines, vel  
 similitudines, que species, conceptus, ideae, vel notitie nuncupantur;  
 ut in cogendo hominem format in se imaginem, ideam hominis; et de his  
 dicimus esse signa formalia rerum, quae representant; qd se ipsas

abique ulteriori cognitione representant signat; et comparantur ad po-  
 rentia tanquam ratio formalis ipse representandi. — Signi instrumenta-  
 le est, quod prius cognitum dicitur in cognitione alterius. Ut imago p.  
 Augustini, que prius cognita, dicitur nos in cognitione ipsius. Unde  
 signi instrumentale ad diffra formalis pertinet duplicem cognitionem,  
 altera signi, altera signati, ut potest per ipsum cogit signat. Et no-  
 ta, qd cognitio signi habet ee signi, ut talis; seu ut dicitur proportio-  
 nis cu signato, et relatio ad ipsum.

13

Signi formale, seu quod id est ut con-  
 ceptus mentis variis incipit divisionem. 1<sup>o</sup> dividitur in intuitivum, et ab-  
 tractivum. 1<sup>o</sup> est: conceptus rei presentis, ut presentis est. ut conceptus, que  
 ego formo de his literis. Dixi ut presentis est; qd non sufficit que-  
 vi presentia, sed requiritur presentia physica rei, que valeat sen-  
 sibus percipi. 2<sup>o</sup> est: conceptus rei absentis. ut conceptus, que ego  
 formo de petro abente, et defuncto. — 2<sup>o</sup> dividitur signi forma-  
 le in directum, et reflexum. 1<sup>o</sup> est: conceptus rei cuiuslibet. 2<sup>o</sup> est:  
conceptus terminatus ad alium conceptum eiusdem subiecti, et poten-  
 tiam. Ut conceptus, quo petrus cogit est directus; et conceptus, quo  
 cogito, me cognoscere petrum est reflexus. — 3<sup>o</sup> dividitur in  
ultimatum, et non ultimatum. 1<sup>o</sup> est: conceptus rei representate,  
per signum. Ut conceptus rei, per magis imagine representati;  
 et dicitur ultimat; qd ibi non est cognitio. 2<sup>o</sup> est: conceptus  
signi. Ut conceptus imaginis rei, et dicitur non ultimat; quia  
 cognita imagine non desit intellectus, id progreditur ad  
 cognitionem prototypi.

14

Signi in communi dividitur 2<sup>o</sup> in natura-  
 le, ad placitum, et ex consuetudine. Hec divisio est signi in tota  
 sua latitudine, et non signi instrumentalis precise, ut falso alle-  
 rit Gaudin, et alii. Ratio est: qd si signi naturale ducit signum  
 formale, ut est conceptus; et etiam instrumentale, ut est imago; tunc  
 divisio est propria signi, per utrumq; apprehendit. Signi in communi  
 signi naturale est, quod ex natura sua aliud esse representat.  
 ut imago, que ex naturali proportionem cu suo prototypo, repre-  
 sentat ipsum; et conceptus, qui reprat obiectum ob naturale simi-  
 litudine, que cu ipso habet. Hoc signi dicitur habet proprietatem.  
 est: qd dicitur infat apud omnes. 2<sup>a</sup> qd non potest de poni a sua infat  
 sic fumus, semitru, et rivus, que sunt signa naturalia, ignis, doloris,  
 et letitie, que apud omnes significat, nec possunt aliud significare.

Signi

15 } Signum ad placitum est, quod ex libera imponenti voluntate aliud  
 esse representat. ut vox homo. et hec impositio debet fieri ab habente  
 sufficientem auctoritatem. Hoc signum habet etiam duas proprietates. 1<sup>a</sup> est  
 quod non infat idem apud omnes. 2<sup>a</sup> quod potest a sua infatate deponi.  
 ut hec vox homo, que apud nos natura humana infat, et apud  
 grecos quid dixerint, vel nihil omnino infabit: et eadem vox poterit  
 a republica nostra ordinari ad infandum lapidem, et non hominem.  
 Signum ad placitum, si sit impositum a voluntate Divina, ut irid  
 qui ex Dei institutione significat non futurum diluivum, dicitur Di-  
vinum: si a voluntate humana, dicitur humanum: si cavat id  
 quod representat, ut salvator, que cavat gratiam, que significant,  
 dicitur practicum: si vero non cavat, speculativum.  
 Signum ex consue-

16 } tudine est: quod ex usu, et consuetudine aliud esse representat. ut  
 canis ex consuetudine, que habet precedendi Dny sui, infat ipsum  
 venientem. tale signum reducitur ad naturale; quia consuetudo ca-  
 nis fundatur in sua natura domestica. si vero consuetudo funde-  
 tur in hominum placito, qualis est consuetudo ponendi ramum pro  
 vino vendibili, et mappa supra menam ad denotandum prandium;  
 reducitur ad signum ad placitum. Omnia alia signi divisiones,  
 quia parum utile sunt. Et solum adverto ex D. th. 4<sup>o</sup> p<sup>o</sup> q<sup>o</sup> 1<sup>o</sup> art. 2<sup>o</sup>  
 quod scripturę infatę sunt signa ad placitum vocum: vocis vero  
 signa ad placitum scripturę, et conceptus, signa naturalia rerum:  
 sic quod facile intelligitur, quomodo vocis infat res, sicut, medi-  
 camentis scriptis, quod immediate significant.

Caput Secundum.

De Terminis.

§ 1<sup>o</sup> Primus. Definitur terminus.

17 } Cognita signorum natura, de quidditate termini logici, ad cuius con-  
 siderationem ordinatur tractatus primus dialecticę, nobis in presenti  
 est sermo. Nomen quod terminus, omnino variis acceptionibus, intel-  
 ligitur simpliciter dictionem, seu illud simplex elementum, a quo  
 incipit compositio, et in quod ultimo terminatur resolutio logica,  
 quod litterę, in quas ulterius dicitur resolvitur, ad logicę consideratę  
 non pertinent. Hinc oritur, quod terminus in tota sua latitudine  
 sic poterat definiti: signum arrestatum logicę constitutivum. Ceterum quia  
 inter omnia instrumenta logica propositio, et syllogismus pre-

precipue obviunt locy, iq communiter per ordinem ad hec videri termini definiti.

18p

Pro quo notandy est ex D. Th. 1<sup>o</sup> perhy. lect, quod simpliciter dictiones tripliciter possunt considerari. 1<sup>o</sup> quod significant simpliciter conceptus, et sic pertinent ad librum predicamentorum. 2<sup>o</sup> pro ut sunt partes enuntiationis: et sic determinatur de eis in hoc libro. 3<sup>o</sup> 2<sup>o</sup> quod ex eis constituitur syllogismus; et sic tractatur de eis in libro priorum. Hec varie considerationes termini, varias definitiones expectant, ut cum ea designentur: Unde cum in presenti agamus de termino, per ordinem ad enuntiationem, 2<sup>o</sup> hanc considerationem eius definitionem tradere oportet.

19p

Hanc doctrinam non admittentes, aliqui in presenti definiunt terminum sic: extremum proprium tamquam subiectum, et predicatum; hoc dicitur fundamento, quod, sicut illud sic definiunt philosophus 1<sup>o</sup> priorum. Hanc definitionem tradunt communiter Averroes, et aliqui Thomae, utiq ex nostris in suis manuscriptis. Certum in sententia D. Th. iurisperiti non potest. 1<sup>o</sup> 4<sup>a</sup> expresse ait. D. loco immediate citato, philosophus ibi agere de termino syllogistico, non de enuntiationibus: quoniam huiusmodi illius est propria prefata definitio. 2<sup>o</sup> 4<sup>a</sup> in tali definitione excluditur verbum, seu copula a ratione termini; cum tamen asserat D. Precep. loco citato, quod nomina, et verba sunt principales orationis partes, ac per consequens termini enuntiativi. Unde omnia huius definitionis.

20p

Terminus prout ad presens pertinet cum sapientioribus, et antiquioribus Thomis sic definiunt: signum simpliciter proprium univocum. Colligitur hec definitio ex phraso 1<sup>o</sup> perhy. per totum; et ex D. Th. ibi lecta, ubi loquens de partibus enuntiationis, ait: de quorum ratione est, quod inferunt aliquid cum tempore, vel sine tempore, et alia huiusmodi, que pertinent ad rationem dictionis, 2<sup>o</sup> quod constituent enuntiationem. Ubi terminus, seu partes enuntiationis, asserit debere significare, seu esse signa constituentia enuntiationem, et hanc esse propriam rationem, seu quidditatem illorum.

21p

Insuper predicta definitio est bona; quia constat genere, et differentia. Particula signum ponitur loco generis; quia per illam venit terminus cum aliis a se distinctis. Particula univocum, quia per hoc differt terminus ab aliis signis, que propriis constitutere nequeunt. Additur particula simpliciter ad excludendum a ratione termini proprias, que, si constituit alia, non simpliciter, sed composita constituit: et si constituit simpliciter.



simpliciter ut hec: homo est animal, que continet hanc: homo est animal verum, cum per se totum; hoc est per accidens, quatenus accidentaliter gerit nomen terminum. sicut homo per se est totum, licet per accidens ordinetur ad exercitum componendum. =

22

Ex dictis colligitur 1<sup>o</sup>: quod illa definitio, que tradit philosophus in prioribus capitulo dicens: terminus voco, in que resolutio virtus proprie ut predicatum, et id de quo predicatur, ut propria terminus syllogistici, non enunciatiui. Distinguitur a terminis enunciatiui a syllogistico solum per se diversas formalitates; ita ut idem terminus diversimode videatur sicut enunciatiui, et syllogistici. Enunciatiui quidem, si consideretur 2<sup>o</sup> quod opponit enunciatiui significatiue: syllogistici vero, si consideretur 2<sup>o</sup> quod supponit tam significatiue, que oppositione enunciatiui, ut quid materiale; et stat sub habitudine illativa, dicens ratione maioris, et minoris extremitatis, et ut respectum sola resolutione ultimata. Unde ratio tria enunciatiui se habet ut quid proprie positum ad ratione syllogistici; et sic omnis terminus syllogisticus est necessarius enunciatiui, non vero contra. =

23

Colligitur 2<sup>o</sup>: quod voces non significatiue ut aliter, in-  
damus, et alie huiusmodi licet videantur proprie opponere, non sunt ter-  
mini logici; quia deficit illis ratio signi. = Colligitur 3<sup>o</sup>: copula, seu verbum  
proprie est vere terminus enunciatiui; tum quia id asserit D. Th. cum quod illi  
venit contra definitio; cum sit signum, et ad constitutionem proprie pertine-  
at: non vero syllogistici; quia non terminat resolutionem. = Colligitur 4<sup>o</sup>:  
pronomina, et participia ratione termini habere; adverbia autem, et alia hu-  
iusmodi, licet per se non possint subici, et predicari, possunt tamen inter ter-  
minos numerari saltem improprie, et reductiue; quia sepe ab his partibus  
pendet veritas enunciatiui, ad que opponenda termini ordinantur.  
et licet Aristoteles non egerit de illis expresse in libro perihyeron, hoc ideo est  
ait D. Th. quia sola nomina et verba sunt principales orationis par-  
tes: sub nominibus apprehenduntur pronomina, et sub verbo parti-  
cipia: alie a partes magis sunt colligationes partium orationis, quam  
eius partes. Unde saltem improprie, et minus prius aliter possunt dici  
termini enunciatiui. =

### § Secundus.

### Occurritur obiectis Contra Definitionem.

24

Obiectum 1<sup>o</sup>: hanc definitio non venit omni suo definitio: quod non est  
bona. Pro aliis: voces non significatiue sunt termini; ad illud non  
ven-

25  
venit nra definitio: q. pbo mare: cui operit vltima, et reali differencia termini, ut terminus; ad hec operit vocibus non significatiuis: q. pbo mare: vltima, et reali differencia termini e componere simpliciter; ad hoc venit vocibus non significatiuis, ut patet in hac: Blicivri non est sandapruus: q.

25  
Puto negando ans: ad pbatione nego maior; ad cuius pbatione, occurrat mare, nego mare: et ad pbatione huius, diguo mare: hoc venit vocibus non significatiuis ratione sui, nego minore: ratione alterius subintellecti, nego mare, et nego coa. igitur falsum, voces nihil infanter ee terminos logicos; q. ut sup. vidimus ex phas, et d. th. q. omnia arrefacta logicalia; que eorum partes debent significare: unde voces experte significatus nullatenus ad logica pertinent. et licet tales voces videantur pp. sponere, tamen pp. per se ad artificium, logice no expectat, quia ille voces nihil representant menti, quod ordinetur ad directione rationis, ut sine errore pcedat intellectus, quod est finis logice. =

26  
Si vero pp. ex vocibus non significatiuis compacta pertinet ad logica: deo est, q. ex parte talium vocum subintellectus aliquid significatiuum, ut vox, dictio, vocabulum; unde sensus pp. relate est: vox Blicivri non est vox sandapruus, que pp. vera est, et ad logica pertinet; q. vox est terminus logicus, et subiectus, et prater in tali pp. Unde tales voces non ratione sui, sed ratione vocis subintellecte logica pp. vivunt. et adverte, q. licet terminus vox significet vocem in communi, tamen determinatur in tali pp. ad significanda vocem Blicivri ex parte subiecti; et sandapruus ex parte predicati. Quod patet in hac alia pp. Blicivri e trisylabus, que facit hunc sensum: vox Blicivri habet tres syllabas; ubi signatur prater q. e habere tres syllabas, non venit voci in communi; id determinate voci Blicivri. =

27  
Obiicit v. definitio termini venit alio a definitio: q. pbo ans: talis definitio venit vocibus extra pp. id he non sunt termini: q. mare sigar; q. tales voces sunt signa constrictiva pp. mix pot: q. est terminus est in aliqua specie termini; id voces extra pp. non sunt in aliqua specie termini: q. pbo mare: species termini sunt subiectus, copula, et predicatus; id hec non dantur extra pp. =

28  
Puto, negando ans: ad pbatione nego minore: ad cuius pbatione nego etiam minore; et ad huius pbatione diguo mare: sunt subiectus, copula, et predi

predicatum in actu, nego maiore; in aptitudine, nego maiore; et applicata di-  
 stinctione minori, nego cog. Voces in extra pp<sup>3</sup>, dummodo sint significati-  
 ve, debent inter terminos numerari; q<sup>d</sup> tota essentia est de parte  
 pp<sup>3</sup>; que essentia partem consistit, non in actuali sp<sup>o</sup>e pp<sup>3</sup>; id in actu  
 ali p<sup>o</sup>portione ad illa p<sup>o</sup>ponenda; que abidubio habent voces extra  
 pp<sup>3</sup>, quia possunt ab intellectu cognosci cu<sup>m</sup> relatione, et ordine  
 ad illa. Aliud igitur est, actu habere essentia<sup>m</sup> partem, et aliud habere  
 exercitium p<sup>o</sup>ponendi. t<sup>o</sup> verificatur de partibus extra totu<sup>m</sup>: v<sup>o</sup> no<sup>n</sup> in-  
 venit nisi intra ip<sup>s</sup>u<sup>m</sup>. Unde cu<sup>m</sup> voces extra pp<sup>3</sup> actu habeant essentia<sup>m</sup>  
 partem, licet non habeant actu exercitium p<sup>o</sup>ponendi: actu sunt termini.  
 sicut aa<sup>m</sup> rationali separata a corpore, actu e<sup>st</sup> pars hominis per ordi-  
 ne<sup>m</sup>, que dicit ad totu<sup>m</sup>, licet actu hominis non p<sup>o</sup>ponat. Ex quo patet, q<sup>d</sup>  
 species termini non sunt subiectu<sup>m</sup>, copula, et predicatum in actu, sed  
 aptitudo ad huc, seu subtilitas, et predicabilitas, que extra pp<sup>3</sup>  
 inveniuntur. Quod totu<sup>m</sup> deducitur ex communi p<sup>o</sup>loquio, supra num.  
 9 relato; x<sup>a</sup> q<sup>d</sup> p<sup>o</sup>rtia virtutiu<sup>m</sup> pp<sup>3</sup>, in diff<sup>o</sup>te posita, non debet inte-  
 lligi de actuali sp<sup>o</sup>e pp<sup>3</sup>; id de aptitudine ad illa p<sup>o</sup>ponenda.

Sus Tercius.

Traditur Divisio Termini.

29 Dividitur t<sup>o</sup> terminus in vocalis, mentalis, et scriptus. Mentalis est: sig-  
 nu<sup>m</sup> formale virtutiu<sup>m</sup> simpliciu<sup>m</sup> pp<sup>3</sup> mentalis. Pro huius termini intelli-  
 gentia, recorre dicta numero 12, et 13; ubi invenietis eius divisiones  
 que eade<sup>m</sup> sunt; ac signa formalis. Scriptus e<sup>st</sup>: scriptura inf<sup>ra</sup> adpla-  
city, virtutiva simpliciu<sup>m</sup> pp<sup>3</sup> scripte. terminus vocalis est: vox inf<sup>ra</sup> ad  
placitu<sup>m</sup> virtutiva simpliciu<sup>m</sup> pp<sup>3</sup> vocalis. et per has diff<sup>o</sup>tes excluduntur  
 a ratione termini characteres, et voces expertes significatus. Omnia divi-  
 sione termini scripti; q<sup>d</sup> eade<sup>m</sup> est cu<sup>m</sup> divisione vocalis.

Terminus vocalis

30 Dividitur in univocis, et equivocis. t<sup>o</sup> est: qui inf<sup>ra</sup> plura, prout omni-  
 no conveniunt in aliqua ratione communi. Ut homo, qui inf<sup>ra</sup> t<sup>er</sup>ru<sup>m</sup>  
 et canu<sup>m</sup> p<sup>o</sup>nt conveniunt in natura humana. 2<sup>o</sup> est: qui significat plura  
sub rationibus omnino diversis, hoc est: significat plura v<sup>o</sup> p<sup>o</sup>rtia, v<sup>o</sup> p<sup>o</sup>rtia  
 cificas r<sup>o</sup>tes in quibus differunt. Ut canu<sup>m</sup>, qui inf<sup>ra</sup> sydu<sup>m</sup>, p<sup>o</sup>rtia, et  
 animal domesticu<sup>m</sup> v<sup>o</sup> mai<sup>o</sup> p<sup>o</sup>rtia rationes, in quibus distinguuntur. 3<sup>o</sup> a  
 terminu<sup>m</sup> inf<sup>ra</sup> plura ut diversa, sine ordine, aut conveniuntia uniu<sup>m</sup> cu<sup>m</sup>  
alio, dicitur, equivocis a canu. Ut galus respectu avis, et hominis in  
 galia nati. si vero inf<sup>ra</sup> plura v<sup>o</sup> quod dicitur aliqua substantia

et convenientiam, dicitur analogus, seu equivocus a consilio. Ut Hero, qui  
infat quendam Romanus Imperator; et erig homines crudeliter, ppter  
similitudine, quae habent cu ipso in crudelitate. Et similiter leo, qui  
significat animal, et erig Christus Dñs ppter convenientiam cu ipso  
in fortitudine.

31p

Pro horum terminorum intelligētia duae regulae communiter  
ponuntur. 1<sup>a</sup> est: analogus per se sumptus stat pro famosiori, seu prin-  
cipaliori significato. Ut si dicas Hero, leo, nihil addendo, impera-  
tore, et leone vix significabis. Secunda est: in equivoco, et ana-  
logis ratio sunt subiecta, qualia permittuntur aui predicati ad-  
iectivi, et restrictionibus. Unde si dicas: Gallus doctus currit: canis la-  
trat: vicit leo de tribu iuda: in prima ppter infat homine fran-  
cy ppter adiectivi doctus: in 2<sup>a</sup> ppter predicati latrat, animal do-  
mesticum; et in 3<sup>a</sup> ppter restrictionem de tribu iuda, xp̄y Dñs signi-  
ficabis. Veliter terminus equivoco, et analogo, ut patet in utribus  
ad arte sylogistica.

32p

Terminus univocus dividitur in cathegorematicus, et synecathegorematicus. Univocus est: qui significat aliquid per se. Hoc est:  
potest per se in ppe subiri, vel predicari sine auxilio alterius termi-  
ni. ut homo, seruus. 2<sup>us</sup> est: qui significat aliquid. Hoc est: indiget  
auxilio alterius termini ad significandam ppe. Huiusmodi sunt signa  
universalia, et particularia, ut omnis, nullus, quidam. Ad verba, ut ur-  
pitur, honeste, velociter: diuisiones, ut et, aut, vel, seu: prepositiones  
ut ad, pro, sub, a, ab, et alia huiusmodi; quae omnia, licet habeant suam  
significatiōem, tñ non exprimunt illud, ut est ens per se, id est mod-  
dificatio rei. Datur etiam terminus mixtus ex utroque hoc modo,  
et est ille, qui equivaleret utriusque. ut nemo, nihil, qui equivaleret hi-  
nullus homo, nulla res. De synecathegorematicis igitur diximus numero  
23, quomodo termini dicendi sunt.

33p

Terminus cathegorematicus 1<sup>o</sup> divi-  
ditur in implexus, et plexus. implexus est: cuius partes separate signifi-  
cant idē, ac coniuncte. ut homo imrus. implexus est: cuius partes  
separate, nihil, vel non idē, ac coniuncte infant. ut seruus. Do-  
minus. Et nota, quod non sufficit, nec requiritur pluralitas vocis  
ad plexionem; sed solum pluralitas rerum significatarum. Quia ratio p-  
ximima plexi stat in hoc, ut ait D. Th. p̄p̄ter. 1<sup>o</sup>. 2<sup>a</sup>. 2<sup>a</sup>. lit. 6. quod  
pluribus scripturis sub ordinem eius significatiōem. etideo si litera  
A imponeretur ad infandū idē, ac homo sapiens est terminus  
plexus. A ratione autem termini plexi excluduntur voces idē signi-  
fantes.

significantes. ut perla lapidis: unus gladius. Item nomina proprie figure, ut equifert, signifer, res publica; quia unico receptu subordinantur: ac denique excluduntur termini, nulli inter se ordine habentes, ut homo equus leo; quod potius disparati, quam complexi sunt. Ordo autem inter partes, ut situantur complexi debet esse, vel per additionem obliquam ad rectam; ut pater Petrus; vel adiectivi ad substantivum, ut homo iustus; vel media aliqua copula, sive unione, ut ioannes et thomas.

34p

Dividitur 2<sup>o</sup> terminus categoriaticus in communem, et singularem. Communis est qui infertur plura divisim. Hoc est: ita infertur plura, ut de quolibet scorum valeat affirmari. Ut homo, qui de quolibet individuo nature humane affirmatur. Singularis est: qui infertur unum tantum, ut Petrus. Et hic alius est determinatus, scilicet, qui unum distincte determinat. Ut ioannes. Alius est demonstrativus, et est terminus communis significatione demonstrativo affectus. ut hic homo. Alius, nam aliquoties, dicitur vapor et est, qui unum indeterminate significat. Ut quidam homo. Alius denique dicitur singularis ex suppositione, ille scilicet, qui facta aliqua suppositione unum tantum significat. ut filii virginis.

35p

Inter terminos singularis ponitur ab aliquibus hic terminus Deus; quia significat naturam Divinam essentialiter singularem. Ad cuius opinionem Thomistarum tenet, esse terminum communem. Ratio est: quod licet hic terminus significet naturam Divinam essentialiter singularem; cum tamen ex modo significandi non exprimit hanc singularitatem; non exprimit repugnantiam eandem in pluribus ex ipso modo infertur; sed taliter infertur naturam Divinam, quod si plures essent dei, ut ecce gentilitas speritabatur, de omnibus illis predicaretur. Quod sufficit ad rationem termini communis, qui potius ex modo significandi, quam ex re significata cognosci debet. Plura, que circa hanc materiam dici possent, theologis relinquimus, ad quos precipue pertinet huius quodammodo discussio.

36p

Ideoque de termino Deus dictum habebit potiori ratione de singulari ex suppositione, ut filii virginis; quia istud facta suppositione non exprimit singularitatem ex modo infertur: ita ut si plures essent filii virginis, de illis omnibus divisim predicaretur, quod est propria ratio termini communis; et ideo dicendum de terminis sol, et luna. De singulari vero, que vocantur, nullatenus dubitari poterit, quod sit terminus communis; quod ille facta verificatur de pluribus divisim, ut Petrus est quidam homo: Petrus est quidam homo, et sic de aliis: unde terminus singularis solus dividitur proprie in demonstrativum, et determinatum.

35p Terminus communis dividitur in transcendentem, et non transcendentem. 1<sup>us</sup> est: cuius significatio per omnia genera divagatur. Hi termini sunt tantum sex nomen in hac dictione substantivum, verbum, ens, verum, bonum, aliquid, unum, et hi omnes in cuiusvis rei ultima differentia inveniuntur. 2<sup>us</sup> est: cuius significatum intra limites alienius generis continetur. ut homo, animal. Etiam terminus, qui praescindit a communi, et singulari, dividitur in collectivum, et divisivum. 1<sup>us</sup> est: qui significat plura copulativum. Hoc est: simul plura, sed de nullo reoritur valet affirmari; ut Similia, manna, qui de nullo reoritur affirmari possunt; sed solum de omnibus simul sumptis. 2<sup>us</sup> est: qui simul unum tantum, et plura dividit. ut Petrus, animal.

36p Tertio dividitur terminus categoriam in absolutum, et notativum. Absolutum est: qui significat aliquid per modum per se stantis. Hoc est: ex modo significandi; licet in rei significata sit accidens, quod per se stare non poterit; tamen poterit significari per terminum, ac si per se staret. ut albedo. Notativum est: qui significat aliquid per modum alteri adiacentis. etiam intelligitur ex modo significandi; quia licet terminus significet substantiam, cui repugnat alteri inherere; poterit ille significare, ac si esset aliquid inherens. ut rationalis. Nec requiritur quod significatum termini sit quid reale; id sufficit, quod sit quid privativum, vel negativum; dummodo significetur ut quid reale. Unde caecus est terminus notativus; quia significat privationem visus, ac si esset aliquid reale inherens; et caecitas est absolutum; quia illa significat, ac si per se staret.

37p Terminus notativus habet duplex significatum, aliud formale, et 1<sup>us</sup>, aliud materiale, et secundarium. 1<sup>us</sup> est: forma expresse significata per terminum. 2<sup>us</sup> est: subiectum, cui forma inherere, denotat terminus. Ut albus 1<sup>o</sup> significat albedinem, et 2<sup>o</sup> subiectum habentem ipsam. Hoc tamen non obstat, terminus notativus intra propositionem non accipitur pro forma, sed pro subiecto; ut dicitur in hac propositione: albus est dulce; ubi albus, et dulce non accipiuntur pro forma, sed albedine, et dulcedine; alias sensus propositionis esset: albedo est dulcedo, quod est aperte falsum; sed accipiuntur pro subiectis eorum; quo pacto predictae propositionis sensus est verus, nimirum: subiectum albedinis est subiectum dulcedinis.

38p Dividitur 2<sup>o</sup> terminus categoriam in concretum, et abstractum. Concretum est: qui significat aliquid concretum, ut quod, ut homo. Abstractum est: qui significat id, quo aliquid concretum. ut humanitas. Concretum quaedam sunt substantia lium, quae videtur infant concretum ex substantia, et forma substantia lium ut ad

ut animal. Quaedam accidentalibus, quae, sicut, virtutibus, ex subiecto, et forma acciden-  
tali significanti. ut album. Et nota quod terminus Deus est verus; quia  
 licet D in se non sit ex subiecto, et forma virtutibus; tamen per hunc  
 terminum infatur, ut eni optery habent esse ut quod; quod sufficit ad  
 rationem veritatis, ut dicitur ex D. th. op. 69. lec. 2a. =

41p

Sed forte inquires: in quo terminus notativus, et verus distinguntur? Uterque in significat subiectum, et formam. = Respondeo, quod terminus notativus significat formam ut adiacentem, seu inherentem subiecto; hanc a inherentem non exprimit veritas precise: sed solum significat formam subiectum in supposito, seu positum suppositum, ut habent illa. Hinc est, quod omnis terminus notativus est necessario verus; quia semel ac terminus infatur formam ut inherentem subiecto; necessario infatur quid ex subiecto, et forma virtutibus. Verus autem non est necessario notativus; potest in terminus infatur virtutibus ut quod ex subiecto, et forma; quod infatur formam ut inherentem: ut homo, qui infatur humanitatem in subiecto; et non exprimit ex modo significandi illius inherentiam; ideo que est terminus verus; non vero notativus. =

42p

Similiter distinguitur terminus abstractus, et absolutus. Terminus abstractus infatur formam separatam a subiecto; absolutus vero infatur id, quod per se stat, sive sit forma tantum, sive quid virtutibus ex subiecto, et forma, hunc modo per se statere significatur. Unde omnis terminus abstractus est absolutus; quia si terminus infatur formam ut separatam, necessario infatur illa ad modum per se stantis, ut albedo. Terminus vero absolutus non est necessario abstractus; quia potest terminus significare aliquid ac si per se staret, quod non est forma separata; sed virtutibus ex subiecto, et forma; ut homo, qui est terminus absolutus, et non abstractus. = Et nota, quod terminus verus intra propositionem reponitur, seu stat per suppositum, et subiecto; nisi interveniat aliqua appellatio, et duplicatio faciens ipsi statere pro forma. =

43p

Quinto dividitur terminus categorematicus in infinitum, et finite. Finite est, qui aliquid determinare infatur. Ut homo. Petrus. Infinitus est, qui aliqua negatione affectus, nihil infatur determinate. Ut non homo: et dicitur infinitus; quia sepe ad infinita significata se extendit; terminus in non homo, omne eni, quod homo non est, significat. Ut terminus sit infinitus, debet negatio immediate precedere ipsi; ut in haec propositione non equus est non homo; nam si negatio immediate precedat copulam, seu verbum, propositio erit negativa, termini vero finite, ut in haec. equus non est homo. =

94) Ultimo dividitur terminus categoricus in terminum <sup>1<sup>o</sup></sup> intentionis, et <sup>2<sup>o</sup></sup> intentionis. 1<sup>us</sup> est: qui significat rem <sup>2<sup>am</sup></sup> id, quod habet in se. Ut homo. Lapis. 2<sup>us</sup> est: qui <sup>1<sup>o</sup></sup> infat rem <sup>2<sup>am</sup></sup> id, quod ei operit ex aliqua consideratione intellectus. Ut genus. species. Dicuntur a termino <sup>1<sup>o</sup></sup>, et <sup>2<sup>o</sup></sup> intentionis; quia <sup>1<sup>o</sup></sup> consideramus unamquamque rem <sup>2<sup>am</sup></sup> id, quod in se est; et postea <sup>2<sup>o</sup></sup> statu, quae ei tribuit intellectus. terminus <sup>1<sup>o</sup></sup> infat rem <sup>2<sup>am</sup></sup> pro ut <sup>1<sup>o</sup></sup> considerata, dicitur <sup>1<sup>o</sup></sup> intentionis; qui vero <sup>1<sup>o</sup></sup> infat rem <sup>2<sup>am</sup></sup> prout denotat <sup>2<sup>o</sup></sup> intellectus consideratione, dicitur <sup>2<sup>o</sup></sup> intentionis.

95) Omnes supraposite divisiones conveniunt termino in singulari; nunc vero agendum restat de termino in plurali, seu de separatione terminorum inter se. terminus <sup>1<sup>o</sup></sup>, qui separati alij sunt, pertinentes; illi scilicet, quorum neuter alteri inferret, vel alteri repugnat. Ut albus, et dulce. Alii sunt pertinentes, inimirum: quorum alter alteri inferret, vel alteri repugnat. Ut homo, et animal: calidum, et frigidum. Alii <sup>1<sup>o</sup></sup> dicuntur pertinentes sequela; quia unus ex aliis sequitur: 2<sup>o</sup> vero pertinentes repugnantia; quia unus alteri repugnat. Pertinentes sequela alij sunt convertibiles, illi videlicet, qui se mutuo inferunt. Ut rationale, et vivibile. Alii sunt non convertibiles, scilicet, quorum unus inferret aliud, et non e contra. Ut homo, et animal. Convertibiles alij sunt synonymi, id est: diverse voces, idem omnino significantes. Ut lapis, et petra. marinus, tullius, cicero. Alii sunt non synonymi, scilicet: distincte voces, non significantes idem, ut rationale, et vivibile.

96) Pertinentes repugnantia alij sunt disparati, qui, videlicet, repugnant inter se sine aliquo ordine, l' onexione. Ut homo, et lapis; non in homo habet speciale repugnantia ad lapidem, magis quam ad leonem. Alii sunt oppositi, nimirum, qui explicant quadruplicate oppositiones. Vel contradictoria, quae datur inter ens, et non ens. Ut homo, et non homo. Vel contraria, quae datur inter duos terminos positivos, mutuo se excludentes. Ut calidum, et frigidum. Vel privativa, quae datur inter formam, et eius privationem. Ut videntem, et caecum. Vel denique relativa, quae datur inter duos terminos relativos, qui se mutuo respiciunt. Ut pater, et filius.

Caput Tertium  
De nomine.

§ 1. Traditur, et explicatur Nominis Def.



475 Inter terminos enuntiationis nome, et verby precipue obtinent locy; sunt in parte, sine quibus nec simplex enuntiatio stare potest: Unde partem de termino in tota sua latitudine, et prout comprehendit parte terminus principales pp<sup>i</sup>; egimus: de nomine, et verbo in hoc, et sequenti capite agendum restat, pro splendida notitia terminorum. Est q<sup>o</sup> nome xa phory to perhy. lec. 2<sup>a</sup>. vox significativa ad placitum sine tempore, cuius nulla parti significat separata, finita, et recta. Que definitio solum nomini vocali dicitur, sed facillimo negotio mentali, et scripto adaptari potest.

465 Particula vox gerit munus generis; q<sup>a</sup> per illa dicitur nomen cum aliis vocibus, que nomina non sunt. Vox a nil aliud est, quam sonus, ab ore animalis prolatus cum imaginatione subiecti. Particula significativa excludit a ratione nominis voces expertes significatur, de quibus egimus cum de definitione termini. Ad placitum excludit voces, naturaliter significantes. ut gemitus, et risus. Sine tempore, distinguit nomen a verbo, quod cum tempore significat. Cuius nulla parti significat separata, excludit a ratione nominis orationes; q<sup>a</sup> quod ex nomine dicitur, nomen non est: et etiam terminus complexus; q<sup>a</sup> non est unum nomen, sed plura nomina. Vide dicta numero 33. finita ponitur ad excludendum terminus infinitus, ut non homo; q<sup>a</sup> nomen est idem ac nomen, seu designatio rei; terminus a infinitus nihil determinate notat, vel designat, ut diximus numero 42. Denique recta excludit a ratione nominis casus obliquos, qui sunt omnes preter nominativum, ut hominis, hominum, &c; q<sup>a</sup> preter non possunt esse subiecti, vel predicati in pp<sup>i</sup>; et ob eandem rationem excluduntur omnia syncathesemata de quibus numero 32 egimus. Videatur circa hec omnia D. Th. 1<sup>o</sup> perhy. lec. 2<sup>a</sup>.

495 Obiicit contra hanc definitio: terminus infinitus est vere nomen; q<sup>o</sup> s<sup>o</sup> s<sup>o</sup> a<sup>o</sup>: sine nomine et verbo nulla stat enuntiatio; sed datur enuntiatio dicitur ex verbo, et solum terminus infinitus, ut hec: non homo est non equus: q<sup>o</sup> = 2<sup>o</sup>: casus obliqui vere sunt subiecti in pp<sup>i</sup>; ut in hac: hominis est obliquus: q<sup>o</sup> = et idem potest dici de syncathesematibus, ut patet in hac pp<sup>i</sup>: velociter est adverbium: q<sup>o</sup> =

505 D. Th. 1<sup>o</sup> perhy. lec. 2<sup>a</sup> negando a<sup>o</sup>: ad probandum distinguo mare: sine nomine, & gerente vim nominis. dedit mare: sine nomine precise, nego mare: et dedit minori, nego ead. terminus in infinitus, licet in rigore non sit nomen; habet tamen vim nominis ad hoc

ad hoc ut possit subici, vel predicari; quia ad modum nominis signi-  
ficat: et ideo arles ipse vocavit nomen infiniti, ut indicaret,  
aliquomodo perire vim nominis, et posse pro se sponere; licet ob  
indeterminacionem significati, illud excluderet a ratione nomi-  
nis proprii, et rigorosi. = idem argumentum potest fieri de verbo, et  
oratione, quando sponunt pro se, ut in his: currere est moveri.  
hominem esse animal est verum. Id dicendum ex eodem Aug. Mag. l. 5.  
quod verba infinitivi modi, quando in subiecto ponuntur, habent  
vim nominis. Et idem dicitur de oratione. = Ad 2<sup>o</sup> dicendum, quod ratio  
obliqui, quae syncategoremata sponunt pro se solum materialiter, sicut vo-  
cabulum non significativum: unde ex parte illorum subintelligitur terminus, seu  
nomen, vox, dicitur & ratione cuius pro se sponunt. Recole dicta numero 26.

### Caput Quartum.

De Verbo.  
S<sup>us</sup> Unicus. Expenditur definitio verbi.

51

Verbum, secundum Philosophum, 1<sup>o</sup> per se. l. 5. est: vox significativa ad placitum eius  
tempore; cuius nulla pars infat separata, finita, et recta, et eorum,  
quae de alio dicuntur, semper et nota. In prioribus particulis ex-  
plicatis sunt in definitione nominis. Partes tempore distinguit ver-  
bum a nomine, et denotat, quod verbum debet significare aliquid per mo-  
dum actionis, et passionis, pro ut in tempore exercetur. Pro cuius intelligen-  
tia nota: quod circa tempus tria possunt considerari. 1<sup>o</sup> ipsum tempus  
pro ut est res quaedam significata; et ita infat tempus venit no-  
mini: Unde hora, mensis, annus sunt nomina, et tempus signifi-  
cant. 2<sup>o</sup> potest considerari habitus ad tempus, quod dicitur morare tem-  
pus; id est, infat aliquid eius habitudine ad illud: et hoc erigit  
propriis nominis: Vo. prandii, et cena, sunt nomina, quae infat  
communionem eius habitudine ad tempus meridiana, vel vesperti-  
na. 3<sup>o</sup> potest considerari aliqua actio, in quantum tempore men-  
tatur, seu per se fuit in aliqua differentia temporis, quod dicitur  
infat eius tempore, et hoc solum est proprium verbi, ut amo infat ab-  
actum, ante exerceri tempore presenti.

52

Particula cuius nulla pars in-  
fat separata excludit verbum complexum, ut amo, et curre; quod non unum  
sed plura verba sunt. finita excludit verbum infinitum, ut non amo.  
et adverte, quod verbum in pro se nunquam infinitatur; quia ut ait  
D.

Q. th. 2<sup>o</sup> perhy. sec. 1<sup>a</sup> verby infiny in enuntiatione parit<sup>ur</sup> fir verby nega-  
 tiv<sup>is</sup>. Secunda excludit verba obliqua, que sunt omnia tempora, preter  
 present<sup>is</sup> modi indicativ<sup>i</sup>, ut currebar, cursum. Reliqua a particule po-  
 nuntur ad excludend<sup>um</sup> participi<sup>um</sup>; q<sup>uia</sup> licet sint cum tempore im-  
 poterit poni q<sup>ui</sup> ex parte subiecti, q<sup>ui</sup> ex parte predicati: verby aut<sup>em</sup>  
 semper se tenet ex parte predicati; vel quia sint, et involbit ip<sup>s</sup>  
 praty, ut in hac: petrus amat, que equivalet huic: petrus est amans; vel  
 quia dicit<sup>ur</sup> oppositione, unionis, seu applicationis predicati ad subiectu<sup>m</sup>,  
 ut in hac: petrus est albus; et hoc est, esse signu<sup>m</sup>, sive nota eoru<sup>m</sup>, que  
 de altero predicantur.

53P

Obicit<sup>ur</sup> 1<sup>a</sup> omnia definitione: hec verba scio,  
 et quiesco non significant actione, 1<sup>a</sup> passionem, id potius suspensionem  
 actionis; id hec sunt in rigore verba: q<sup>uia</sup> = scipitur: hec verba intelli-  
 go, guberno dicit<sup>ur</sup> de Deo non mensurantur tempore, sed pernitare:  
 q<sup>uia</sup> = scio, d<sup>ic</sup>endo maiore: non significant actione ex parte rei sig-  
 nificate, scio: ex modo infanti, nego maiore. scipitur ad ratione ver-  
 bi non requiritur, quod rei significata sit vere actio; sed suf-  
 ficit, quod sit actio ex modo significandi: unde predicta verba  
 obtinent ratione verbi; quia scio, et quiesco infant, ac si esset  
 aliqua actio, que de presenti exeret<sup>ur</sup>. = Similiter d<sup>ic</sup>o ad afir-  
 matione: quod licet intelligo, et guberno, prout Deo operant, signi-  
 ficant actione scipitur, et ab omni tempore scipitur: illa<sup>m</sup> t<sup>em</sup> sig-  
 nificant ad modu<sup>m</sup> actionis, nostro tempore mensuratum. =

Obicit<sup>ur</sup> 2<sup>o</sup>:

52P

Verba obliqua sunt vere verba: q<sup>uia</sup> scio an: cu<sup>m</sup> verbo obliquo datur  
 vera enuntiatio, ut hec: ioannes fuit doctus: q<sup>uia</sup> = scio, quod ideo cum  
 verbo obliquo datur vera enuntiatio; q<sup>uia</sup> in illo includitur verby pre-  
 sent<sup>is</sup> temporis; omnia in tempora dicuntur per respectu<sup>m</sup> ad present<sup>is</sup>;  
 unde si dicat: petrus erit, 1<sup>a</sup> fuit, est id<sup>em</sup> ac si diceret: petrus est futu-  
 rus, 1<sup>a</sup> preteritus: licet q<sup>uia</sup> verba obliqua non sint verba simpliciter,  
 t<sup>em</sup> ob tale respectu<sup>m</sup> enuntiationis sponunt. Hec solutio in terminis  
 i<sup>n</sup> D. th. 2<sup>o</sup> perhy. sec. 1<sup>a</sup> lit. D. et hec de 1<sup>o</sup> summularu<sup>m</sup> lib. =

### Liber Secundus

### De pertinentibus ad 23 nostri intellectus operationem.

55P

Materia, ex qua enuntiatio, que ad 23 intellectus operatione pertinet,  
 sponitur, nempe terminos, in primo libro preparavimus; unde in  
 hoc enuntiationi sponende incumbemus. Veru<sup>m</sup> quia oratio est  
 genal ad enuntiatione, de ipsa, et ipsius speciebus sponone pre-  
 sumus.

Caput Primum  
De Oratione.

56

56<sup>o</sup> Uniu. Definitio, et Divisio orationis traditur.

Oratio x̄a phōny t̄o p̄rhy. est: vox significatiua ad placitū, cuius partē  
quā aliquid significatiuum ut separatiū, ut dicitur: non ut affirmatio  
uel negatio. Prīmę particule explicatę sunt in definitione nominis  
num. 26. Particula, cuius partē aliquid significatiuum ut separatiū, distin-  
guit orationē a nomine, et uerbo; et denotat, orationē habere partes,  
quarū aliqua admiuui debet esse significatiua per se, hoc est: ca-  
thegorematicę; licet alię uolū, sicut cathegorematicę significant. Hoc  
per hoc admittit phōny ad distinctionē orationis uocet exper-  
te significatiua; id uolū uocet significatiua, quę non per se, id  
tantū ex uerbo aliterū significant. Recolite dicta num. 32.  
Sulliquę particule denotant, partes orationis debere ēē ad mi-  
nuu simplices dictiones; non uero ēē necessariū, quod sint affir-  
mationes, uel negationes; quauis alia oratio sposita ex affir-  
matione, negatione siter; q̄ etiā hec ex dictionibus mediata  
coalescit.

57

Sed caue, ne confundas orationē cum uermino oplexo de quo  
egimus num. 33. Quia licet utriusque propriū sit habere partes, quę  
sparate significant; diuersimode t̄m hoc illis uenit. Itā oratio ha-  
bet partes, quę ordinantur ad ipsa sponenda, ut quoddā totum  
ut; ita ut sic sposita sicut in ratione totius, nec nisi per ad-  
dendū ordinentur ad aliud sponenda. Contra uero accidit uermino  
oplexo; quia eius partes non ita ordinantur ad ipsa sicut ad  
totū, sed sicut ad partes, ordinatę per se ad aliud sponenda;  
non quidē ut pars simplex, sed ut pars sposita. Idē oplexum  
homo alius u.g. si sruideretur ut quoddā totū, erit oratio; et si  
sruideretur ut pars, ad totū sponenda ordinata, erit uerminū  
oplexū: unde licet materialiter coincidunt; formaliter t̄m dis-  
tinguntur 24 ratione totius, et partiu.

58

Oratio diuiditur in  
imperfecta, et perfecta. Perfecta est: quę generat perfectū  
sensū in animo audientis. Ut supio d̄solutū, et esse eum  
chr̄sto. imperfecta est: quę generat imperfectū sensum.  
ut si diligētis mē, quę impēny redit animū audientis, et

et expectant, quid ultra proferri velit significare. Subdividitur oratio perfecta in enuntiativa, et non enuntiativa. 1<sup>a</sup> est: que very, vel falsy significat: et de hac late apertus cap. 3<sup>o</sup>, et sequentibus. 2<sup>a</sup> est: que non significat very, vel falsy, sed solum exprimit affectum animi. Et hæc est, quadruplex. 1<sup>a</sup> imperativa: ut vade retro satana. 2<sup>a</sup> interrogativa. ut quid ergo latenter? 3<sup>a</sup> optativa. ut utinam dirumpere ceteros descenderes. Quarta admirativa. ut o admirabile commercium. Quinta deprecativa. ut parce mihi Domine. = Ulterius dividitur oratio in retoricam, poeticam, et grammaticam; sed hæc nobis sunt extra choram, et solam dialecticam canamus. = Ultima divisio orationis dialecticæ est in oratione, que est modus sciendi, et oratione, que modus sciendi non est. Hæc 2<sup>a</sup> est: que non manifestat ignotum. De 1<sup>a</sup> vero capite immediate sequenti apertus.

## Caput secundum. De modo sciendi.

### §<sup>us</sup> Primus.

Essentia, et partes modi sciendi in communi explicantur.

59P

Modus sciendi sic communiter definitur: oratio ignoti manifestativa. in qua definitione oratio positus loco generis; relique à parte obtinent ratione differe, et denotant; modum sciendi debere manifestare ignotum modo scientificis, et artificiosis: ita ut res, cognitæ obscure per unum terminum, per alios clariores manifestet. Ut si hominem, per terminum homo obscure cognitum, manifestet per animal rationale. Unde ad modum sciendi non sufficit manifestare ignotum narrative, et historialiter, ut si dicas Pontifex obiit: nec etiam sufficit manifestatio, que fit per signum; sed debet fieri per orationem modo dictam.

60P

Dividitur modus sciendi in definitionem, divisionem, et argumentationem. Que divisio est adequata; quia modus sciendi est id quod manifestatur ignotum, quod latet in obiecto; id quod latet in obiecto manifestatur per tres predictas species: quod minor videtur, si in latet essentia manifestatur definitione; si partes, divisione; et si proprietates, argumentatione manifestantur. = Aliqui ponunt enuntiationem inter modos sciendi; quod hæc enuntiatio v.g. homo est animal rationale, manifestat ignotum. Sed inmixto; quia talis enuntiatio non manifestat ignotum per se, sed ratione definitionis, que includit. =

§<sup>us</sup> 2<sup>us</sup>. Essentia, partes, et conditiones definitionis exponuntur.

61

Definitio est modus sciendi explicans essentia rei. Diximus modus sciendi, et non oratio; quia oratio est genus remotum, et modus sciendi proximus; definitio autem, que per genus proximum datur, optima est. Per hanc particulam venit definitio in divisione, et argumentatione; a quibus differt per reliquas. Et nota, quod definitio, que explicat etymologia nominis, ut si dicas: lapis dicitur a ledendo pede; phosia ab amore scientie; non est proprie definitio; quia non explicat essentia rei, sed solum origine nominis.

62

Dividitur definitio in essentiali, descriptiva, et causale. Essentiali est: que explicat essentiam rei per partes essentielles. Quod si partes sint phisice, dicitur essentiali phisica; si vero metaphisice, dicitur essentiali metaphisica: Unde animal rationale est definitio metaphisica hominis; et compositum ex corpore, et anima est phisica definitio. Descriptiva est, que explicat essentia rei per sua accidentia. Et si accidentia sint propria definitio, ut in hac hominis definitio: animal visibile; vocatur absolute descriptiva; si vero accidentia sint communia definitio, et aliis; dicitur accidental. Et nota, quod ad hanc requiritur, quod habeat collectionem accidentium, que dicit diversa alia veniant, et simul sumpta veniant soli definitio. Unde hec est bona hominis accidental definitio: animal, pulchrum, bipes, implume, habens caput erectum; hec vero inepta: animal, pulchrum, bipes. Causale est, que explicat essentia rei per suas causas extrinsecas efficientes, et finale. Ut si definitas hominem: animal creatum a Deo propter beatitudinem. ubi ly a Deo, causa efficiens indicat; propter beatitudinem vero, causa finale.

63

Ad bonitatem definitionis aliquae requiruntur conditiones. 1<sup>a</sup> est, quod erit genere proximo, et ultima differentia. Quid sit genus et diffra, diximus numero 5. Sufficit autem ad bonitatem definitionis, quod coniter aliquo predicato, gerente vice generis; et aliquo gerente vice differentie; alias enim sola essentiali metaphisica definitio erit bona. 2<sup>a</sup> conditio est, quod sit clarior suo definitio, quia illud debet manifestare. Et hinc oritur, quod definitio non debet ingredi definitionem; quia ide non potest se ipse clarius explicare. Hec debent poni in definitione nominum equivoca, et alia, que confusione generant. 3<sup>a</sup> est: quod non sit superflua, nec diminuta. Non primi; quia explicaret ut essentiali, quod essentiali

quod essentiale non est: non erit 2<sup>a</sup>; quia non explicaret totam essentiam. Unde hec est mala hominis definitio: animal rationale mortale; et similiter hec: vivens sensibile; in tam superfluit mortale, et 2<sup>a</sup> deficit rationale. Ex hac additione dicitur, quod definitio debet venire omni suo definito, et non alii. Et erit debet dici ad verrentiam eius definito. Ut hec: animal rationale: 1<sup>o</sup> homo. et homo: 2<sup>o</sup> animal rationale. Et ex hoc ulterius dicitur, quod omnia predicata prealia, que de definitione dicuntur, veniant erit definito; et contra.

64<sup>p</sup> Definitio, quod est correlativum definitionis, et id cuius essentia per definitionem explicatur. triplex a requiritur dicitur, ut aliquid sit definitio. 1<sup>a</sup> quod sit ens per se; non ens per accidens, ut potest pluribus essentis constans, plures definitiones exigit, quarum quolibet discernere habeat definitio. 2<sup>a</sup> est, quod sit universale; non enim definitiones sint principia, ex quibus scientie procedunt, debent esse necessarie, et infalibiles; erunt autem contingentes, et variables, si definitio erit singularis; quia hoc defectibile, et contingens est. Et nota, quod singularitas in omni definito potest; quia sic accipitur ut natura queque universalis. 3<sup>a</sup> dicitur est, quod trineatur sub aliquo genere; quia definitio constat genere, et differentia; si autem definitio sub genere non trineatur, nequit definitio generis illius explicare. Sic Deus, et 1<sup>us</sup> generis non definiuntur rigorosa definitione: nec entitates incomplete nec negationes; explicantur tamen per aliquas orationes, vice definitionis generis. Et advertite, quod definitio est duplex proxima, et remota. Proxima est natura, cuius essentia immediate explicatur. Remota vero individua talis nature. Sic definitio proxima huius definitionis animal rationale est natura humana; remota vero Socrates, et Paulus, et ceteri que homines.

§ Tertius.

De natura, divisione, et conditionibus Divisionis.

65<sup>p</sup> Divisio sic definitur: modus sciendi, totum per suas partes distribuere. igitur divisio totius (in partes) vocatur proprie divisio: totum dividitur dicitur divisum: partes vero, in quas dividitur, vocantur membra dividenda. Unde cum divisio propria sit totius, quot fuerint species huius, tot erunt species divisionis. triplex autem communiter assignatur.

assignatur totum, scilicet: actualem, potentialem, et accidentalem: unde ista triplex erit divisio, actualis, potentialis, et accidental.

66p

Divisio actualis est: qua totum distribuitur in partes, quas actu continet. Et si partes sunt physice, dicitur divisio physica. ut homini alia pars anima, alia corpus. Si fuerint metaphysice, dicitur metaphysica. ut divisio hominis in animal, et rationale. Denique si partes sunt integrales, ut pes, manus, caput, et alia res partem totius hominis, dicitur divisio integralis: et si huiusmodi partes fuerint eiusdem rationis, et figure, ut plures partes aque, divisio dicitur homogenea: si vero fuerint diversae figure, ut pes, manus & dicitur heterogenea.

67p

Divisio potentialis est: qua totum distribuitur in suas partes subiectivas, ipso toto inferiores, quasque totum in potentia continet. et est duplex analogae, et univocae. analogae est: qua dividitur totum in partes, quae inequaliter participant ratione totius. ut divisio entis in substantiam, et accidentem. Univocae est: in qua membra dividenda equaliter participant ratione totius. et haec potest esse: vel generis in species, ut divisio animalis in hominem, et equum: vel generis per suas differentias, ut si dividimus animal per rationale, et irrationale: vel speciei in sua individua, ut divisio hominis in Perry, Paulum & huc reducitur divisio potentialis, illa nempe, qua totum distribuitur in suas potentias. ut hominis alia potentia sensitiva, alia rationalis.

68p

Divisio accidentalis est: qua totum distribuitur in partes, quae ei accidentaliter veniunt. et haec opponitur divisionibus precedentibus, in quibus partes non per accidentem, sed per se sui totum veniunt. Divisio accidentalis, alia est subiecti in accidentia: ut si dividat salatum in albu, et nigru. Alia accidentis in subiecto. ut albu aliud lac aliud mix. Alia est accidentis in accidentia. ut si dicas albu aliud dulce, aliud amary; sed adverte pro hac ultima divisione, quod in illa accidentia debeat accidere divisio accidentalis, ut in exemplo portu; nam divisio in qua accidens per se venit divisio, quod erit accidens, est essentiale potentialis ut si dividat coloratum in albu, et nigru; quae divisio est essentiale, licet sit accidentis, in accidentia.

69p

Bonitas divisionis ex tribus conditionibus dependet. 1<sup>a</sup> est: quod singula membra divi-



dividentia sint minora divisio. Ratio est: q<sup>a</sup> membra sunt partes totius quodlibet autem totum est maius sua parte. = 2<sup>a</sup> est: quod omnia membra dividentia sunt supra adequens totum divisum; q<sup>a</sup> alias divisio non manifestaret sufficienter ignotum, quod est in toto = 3<sup>a</sup> est: quod membra habeant inter se aliquam oppositioem, et distinctionem; quia si non distinguuntur non erunt plura membra, id est tantum; et sic non dabitur divisio. Sufficit autem q<sup>d</sup> distinguantur formaliter, licet extrinsece idem sint. =

105

Ex his conditionibus oriuntur tres modi arguendi in bonadi-  
 visione. 1<sup>us</sup> est: a divisio ad omnia membra dividentia simul sumpta, et e converso, valer consequentia affirmative, et negative. ut est animal: q<sup>o</sup> rationale, vel irrationale. non est animal: q<sup>o</sup> neq rationale, neq irrationale. Est rationale, irrationale: q<sup>o</sup> animal. et converse negative. = 2<sup>us</sup> modus est: a divisio ad quodlibet membrum dividentis negative: et quodlibet membrum ad divisum affirmative tenet consequentia. exemplum 1<sup>o</sup>: non est animal: q<sup>o</sup> neq rationale. et enim: q<sup>o</sup> neq irrationale. exemplum 2<sup>o</sup>: est rationale: q<sup>o</sup> animal: est irrationale: q<sup>o</sup> animal. = 3<sup>us</sup> modus est: a divisio cu negatione unius membrum (in divisione binombrum) vel plurium (in reliquis divisionibus) ad membrum, quod restat affirmative: et ab eodem cu positione unius membrum, 1<sup>o</sup> plurium, ad membrum, quod restat negative e bona consequentia. exemplum 1<sup>o</sup> partis: ut animal, et non rationale: q<sup>o</sup> irrationale: exemplum 2<sup>o</sup>: est animal et rationale: q<sup>o</sup> non irrationale. = Pro complemento huius capituli nota quod argumentatio, que est tertia species modi sciendi, definitur sic: modus sciendi, in quo, uno dato, aliud requiritur. Reliqua, que de ipsa considerari possunt, in 3<sup>o</sup> libro, ubi propria ratio habet, propinabimus. =

### Caput Tertium

### De Enuntiatione

S. 1. Quidditas enuntiationis apperitur. =

110

Propositio, et enuntiatione iam communiter pro eodem usurpantur: licet in rei veritate idem non sint, q<sup>d</sup> pp<sup>o</sup> addit supra enuntiationem ponit in syllogismo ad aliquid inferendum: unde cu non dicat enuntiatione, latius patet, qua pp<sup>o</sup>. Hic tamen a communi loquendi modo recedamus, utroque nomine indiscriminatim utemur. De hac cepit aristoteles in toto lib. 1<sup>o</sup> perhy. lect. ubi sic illa definit: oratio, in qua verum, vel falsum est. in qua definitione particula oratio perit ut quod verum; quia in eae orationis venit enuntiatione cum reliquis orationibus.

orationibus, siue perfectis, siue imperfectis; quibus differunt per reliquas particulas, quae perunt vices differentie; nulla in oratio, praeter enuntiationem, verum, vel falsum significat, ut consideranti patebit.

72

Sed pro huius particulae

intelligentia nota ex D. Th. 1<sup>o</sup> per hy. lect. 1<sup>o</sup> lit. A; quod in enuntiatione (vocali subiecto) dicitur esse verum, & falsum, sicut in signo intellectus veri, vel falsi: in mente autem (pura in iudicio mentis, siue in enuntiatione mentali) est sicut in subiecto: in re autem sicut in causa; nam... ab eo quod res est, vel non est, oratio vera, & falsa est. Insuper ut sciatur quid sit significare verum, & falsum notare ex eodem opusc. 26 cap. 2: quod veritas in hoc consistit, quod res sic apprehendatur ab intellectu, sicut est in re, vel natura et per oppositum falsitas... unde quando intellectu intelligit, re esse, sicut est in re, vel natura; vel non esse, sicut non est, ratio opposita dicitur veritas. Quando autem apprehendit, rem esse ut non est, aut non esse, ut est, dicitur falsitas. Unde istae pp<sup>o</sup> significant verum: homo est animal: homo non est lapis; q<sup>a</sup> significant, hominem esse animal, et non lapidem, q<sup>d</sup> re vera ita est. Iste vero significant falsum: homo non est animal: homo est lapis; q<sup>a</sup> significant, hominem esse lapidem, et non animal, quod ita realiter non est.

73

Denique adverte, enuntiationem sic definitur definitione essentiali: oratio enuntiativa unius de alio. ita que Arist. definitio est descriptiva; quia consistit in verum, & falsum est pprietas enuntiationis ad eius essentiam subsequens; prius in est, quod enuntiationis unius de alio affirmet, vel neget; et postea ex hac affirmatione, vel negatione sequitur, quod verum, vel falsum significet. Anno nec ipsa actuali consistit in verum, aut falsum determinare, et pprietas ppri<sup>o</sup>; id hoc accidit illi, quia invariata essentia ppri<sup>o</sup>, potest ppri<sup>o</sup> transire de vera in falsum, ut patet in hac: petrus sedet, quae dicitur sedet petrus est vera, si autem surgat falsa erit. Unde pprietas essentialis illius est, exigentia significandi unius, vel alterum diiunctive.

Secundus

De aliquibus divisionibus propositionis.

74

Propositio habet in se substantiam, materiam, quantitatem, et qualitatem. Substantia attenditur per tres partes, ex quibus constat: materia per se habitudinem praedicati ad subiectum; quantitas per extensionem subiecti ad plura, & pauciora; et qualitas disponitur ex affirmatione, vel negatione. Variatione locorum omnium variat

varia incipit divisione; et 1<sup>o</sup> ratione subiective dividitur in categorice, et hypoteticas. 1<sup>a</sup> est, que dicitur subiecto, copula, et predicato tamquam partibus principalibus sui. Ut homo est albus. Subiectum est de quo aliud dicitur; predicatum, quod dicitur de alio: copula est, que unit predicatum cum subiecto: unde in posita pp<sup>o</sup> homo est subiectum; albus, predicatum, et verbum est copula. — Et nota quod aliquando predicatum non ponitur explicitè in pp<sup>o</sup>, sed implicatur in verbo, ut in hac: Petrus currit; que equivale huic: Petrus est currens: et huiusmodi dicitur pp<sup>o</sup> de 2<sup>o</sup> adiacente; q<sup>do</sup> a<sup>o</sup> expresse ponitur predicatum, vocatur de 3<sup>o</sup> adiacente: et si denique tam subiectum, quam predicatum implicatur in verbo, poterit dici de 4<sup>o</sup> adiacente ut hæc: curro, que id est, ac ego sum currens. —

Pro categorice pp<sup>o</sup>

75

intelligentia nota: q<sup>d</sup> non est necesse subiectum categorice pp<sup>o</sup> esse simpliciter dictione; alio q<sup>uo</sup> in integra pp<sup>o</sup> gerit vices subiecti, ut in hac: Petrus, qui currit, disputat. Hec hoc opponitur eius simplicitati, nec non opponitur, quod subiectum eius sit terminus simplex, quod perinde de se habet. Hec est 2<sup>a</sup> ratio pp<sup>o</sup> alia proponere per accidens, ut subiectum illius, ut patet ex dicto num<sup>o</sup> 21. — Nota 2<sup>o</sup>: quod quando integra pp<sup>o</sup> gerit vices subiecti, copula illius dicitur implicatio, et quod in subiecto implicatur; alia vero copula dicitur principalis, et per hanc dicitur debet veritas, vel falsitas; affirmatio, vel negatio pp<sup>o</sup>. Unde hæc est affirmativa: Petrus, qui non currit, disputat: hæc est negativa: Petrus, qui currit, non disputat; quod in copula implicationis negatur, si affirmetur non facit ad rem. —

Propositio hypotetica est:

76

que dicitur duabus, et plurius categoricis unitis, tamquam partibus principalibus sui. Ut Petrus currit, et Paulus disputat. Et est quadruplex: est, copulativa, cuius partes ununtur particula copulativa, et que sunt in exemplo aposito: Disiunctiva: cuius partes ununtur particulis, vel, aut, seu. Ut Petrus currit, vel Iohannes loquitur. Rationalis, cuius partes copulantur particula q<sup>o</sup>, i<sup>o</sup>. Ut Petrus currit, q<sup>o</sup> movetur. Causalis, cuius partes ununtur particula, quia. Ut quia homo est rationalis, est visibilis. Et denique conditionalis, cuius partes copulantur particula, si. Ut si homo volat, habet alas. —

77

Ut autem dignoscas veritatem, vel falsitatem hanc pp<sup>o</sup>, adverte: quod copulativa ad sui veritatem requirit, quod omnes eius partes sint veræ; si autem una pars sit falsa, erit falsa tota

copu-

copulativa. Unde hec est vera: homo est animal, et ferrus est homo: hec est falsa: homo est animal, et equus est rationalis. — Disiunctiva ad sui veritatem solum petit quod una pars sit vera, licet relique sint false: unde hec est vera: homo currit, vel equus disputat. — Ad veritatem rationalis requiritur, quod prima pars sit vera, et quod ex ipsa inferatur secunda. Unde hec est vera: homo currit: quod movetur. Hec falsa: homo est equus, quod est rationalis. — Ad veritatem causalis est necessarium, quod pro affecta particula quia sit vera, et causa alterius. Unde hec est vera causalis: quia homo est rationalis, irrivibilis, nam rationalitas est causa rivibilitatis. Hec est falsa: quia homo est irrivibilis, est rationalis, non in rivibilitate est causa rationalitatis in homine. — Denique ad veritatem conditionalis solum requiritur, quod una pro sequatur ex alia licet utraque sit falsa. Unde hec est vera: si homo volat, habet alas. et ideo solet dici, quod conditionalis nihil ponit in esse, quia verificatur sine verificatione utriusque partium. —

76

Ex his propositionibus derumuntur aliqui modi arguendi. 1<sup>us</sup> est: a copulativa ad quamlibet eius partem est bona consequentia. ut ferrus currit, et disputat: quod currit, vel: quod disputat. e contra vero non valet. — 2<sup>us</sup> est: a qualibet parte disiunctive ad totam disiunctivam valet consequentia, sed non e contra. Unde hec est bona: ferrus currit, quod currit, et disputat; hec est mala: currit, vel disputat, quod currit. — 3<sup>us</sup> est: a tota disiunctiva cum negatione unius partis ad positionem alterius est bona consequentia. ut ferrus currit, vel disputat, sed non currit, quod disputat. — 4<sup>us</sup> est: a copulativa ad disiunctivam sub eisdem terminis valet consequentia, non vero a disiunctiva ad copulativam. Unde hec est bona: homo est rationalis, et irrivibilis, quod est rationalis, vel irrivibilis. Hec vero est mala: homo est rationalis, vel irrationalis, quod est rationalis, et irrationalis. Ex his poterit alios arguendi modos in reliquis propositionibus invenire, quos ego brevitate causa omitto. —

### Sui Tertius.

## De reliquis divisionibus propositionis.

77

Triples materia propter communiter assignatur, scilicet: naturalis, contingens, et repugnans. 1<sup>a</sup> est, quando predicatur de essentia subiecti. 2<sup>a</sup>, quando accidit subiecto. 3<sup>a</sup> quando illi repugnat. Unde pro ratione materię est triplex: scilicet, necessaria, que semper, et necessario est vera. ut homo est animal. contingens, que potest esse vera, et potest esse falsa, ut ferrus est albus. impossibilis, que semper, et necessario est falsa.

ut

ut homo est equus. Et adverte, quod pp<sup>o</sup> negativa in materia repugnanti, est necessaria; ut hec: homo non est equus; et negativa in materia naturali est impossibili, ut hec: homo non est animal.

460

Dividitur ulterius pp<sup>o</sup> in identica, et formale. 1<sup>a</sup> est, in qua idem de se ipso predicatur; ut homo est homo. 2<sup>a</sup> est, in qua predicatum aliquomodo distinguitur a subiecto, ut homo est animal. Et hec est duplex, alia directa, in qua superius predicatur de inferiori. ut homo est animal. Alia indirecta, in qua inferius predicatur de superiori, ut animal est homo.

461

Pro divisione pp<sup>o</sup> ratione quantitatis, nota; quod signa universalia sunt illa, que faciunt subiectum accipi pro pluribus, et omnibus suis inferioribus. ut omnis, nullus, quilibet, neuter. Particularia sunt, que faciunt terminum, cui applicatur, accipi pro aliquo ex suis significatis. ut aliquis, quidam. Dividitur ergo pp<sup>o</sup> ratione quantitatis in universalis, particularis, indefinita, et singularis. Universalis est, cuius subiectum est terminus communis, signo universalis affectus. ut omnis homo est animal. Particularis est: cuius subiectum est terminus communis, signo particularis affectus. ut quidam homo disputat. Singularis est: cuius subiectum est terminus singularis. ut titius currit: hic homo legit. Indefinita est, cuius subiectum est terminus communis, nullo signo affectus. ut homo legit. Et hec pp<sup>o</sup>, si fuerit in materia contingentis, equivaleret particulari: Unde apertita pp<sup>o</sup> equivaleret huic: aliquis homo legit. Si vero fuerit in materia naturali, equivaleret universali; ut hec: homo est animal, que equivaleret huic: omnis homo est animal.

462

Ultimo dividitur pp<sup>o</sup> ratione qualitatis, in affirmativa, et negativa: vera, et falsa. Affirmativa est: que enuntiat predicatum de subiecto media copula, nulla negatione affecta. ut homo est animal. negativa est: que enuntiat predicatum de subiecto media copula, affecta negatione. ut homo non currit. Vera est, que enuntiat rei ut sunt. ut Petrus est homo. falsa est, que enuntiat rei aliter, ac sunt in se. ut homo est equus. recorde dicta num. 32 per totum; enumerato 76 circa fine. Hic tria dividitur pp<sup>o</sup> in modales, et de inveniendi de hac 2<sup>a</sup> huius que equimus; de 1<sup>a</sup> vero infra late agemus.

Caput Quartum.

De proprietatibus terminorum intra propositionem.

43p

Termini intra pp̄s sequuntur aliquę proprietates, nempe, suppositio, ampliatio, restrictio, diminutio, alienatio, remotio, et appellatio; et ideo cognita natura pp̄i harum explicatio agredimur; ad quã suppositio precipue obinet locy, sit. =

§us Primus. De Suppositione.

44p

Suppositio sic communiter definitur: acceptio termini pro aliquo, de quo verificatur. Dicitur acceptio termini q̄a in res sp̄as non possumus adducere ad scholas, ad sp̄ciendas ex eis disputationes, loco illarum accipimus terminos, eis que utimur, Particula pro aliquo non denotat, terminus precipue debere accipi pro alio a se distincto; id apprehendit etiam acceptio termini pro seipso. Particula de quo verificatur denotat, quod, ut terminus supponat, debet id, pro quo accipitur, existere tempore, per copula importato: itaut, si copula sit de presenti, de presenti existat, et sic de reliquis temporibus. =

45p

Sed pro pleniori huius definitionis intelligentia nota 1<sup>o</sup>, quod suppositio non est idem ac significatio; quia suppositio solum datur intra pp̄s; significatio vero etiam extra illas. Et aliunde; q̄a terminus significat rem, siue existat, siue non; ut a supponat requiritur existentia modo num. antecedenti explicato. = Adverte 2<sup>o</sup>, quod est duplex acceptio, alia activa, qua scilicet intellectus accipit terminus; alia passiva, qua terminus dicitur acceptus, et de hac 2<sup>a</sup> debet intelligi nostra definitio. Ratio a quare ponitur activa passiva, non est alia, nisi quia sic voluerit priores, sapientia, et auctoritate celebres, et precipue inter eos Div. Th. cuius verigia sequi, nobis ex precepto necessarium est. =

46p

Nota, quod aliud ut verificari pp̄s, aliud verificari terminus. Verificari pp̄s est illas esse subiecto sp̄as; terminus a verificari est, significari eis existere tempore importato per copula; Unde verificatio termini est independens a verificatione pp̄i, potest in pp̄o verificari, et non terminus, ut in hac pp̄: antichristus non disputat, que verificatur, q̄a terminus antichristus verificatur, q̄a cum significari non existit tempore presenti importato per copula; et similiter stat verificatio termini, abque verificatione pp̄i, ut in

ut in hac antichristi saluabitur, que est falsa pp, et in terminis veri-  
ficatur; quia eius significatus existet tempore futuro, per copula in por-  
tato. Propositiones a in quibus subiectum non verificatur, dicuntur de sub-  
iecto non supponente =

16

455 Dividitur suppositio in formalem, et materialem  
1<sup>a</sup> est: acceptio termini pro suo significato. Ut peius est rationali. 2<sup>a</sup>  
est: acceptio termini pro se ipso. Ut Blasius dicitur pp. Hec suppo-  
sio non est proprie talis: nihil in nisi improprie, dicitur, pro se ip-  
so poni, seu accipi. Cognoscitur a hęc suppositio ex tribus. 1<sup>o</sup> cy vox mi-  
hi significat, ut in exemplo adducto. 2<sup>o</sup> cy predicatum vocis, et hęc  
adaptari potest. Ut in hac: homo est nomen. 3<sup>o</sup> cy ex parte subiecti pater-  
net signa materialitatis, qualia sunt vox, dictio & ut cy dico: vox  
homo est latina. Ex nota phai, et reliquis divisionibus, quod in illa-  
rum definitione debet intelligi particula cum verificatione; quia  
hac deficiente, nulla datur suppositio. Et hęc verificatio in sup-  
positione formali nihil aliud est, quā significatus termini existere et  
existentiā copule =

465 Subdividitur suppositio formalis in impropria, et  
propria. Propria acceptio termini pro se, quā proprie significat. Impropria  
est: acceptio termini pro se, quā improprie, et metaphorice sig-  
nificat. Improprie termini significatus est illud, quod significat ter-  
mini ex primaria impositione; improprie vero, quod significat  
termini ratione similitudinis cy significato proprio. Unde ter-  
mini leo significat leonem proprie; improprie vero Christus Dñi;  
sicque in hac pp: leo rugit, supponit proprie; in hac vero: vi-  
cit leo de tribu iuda, improprie =

495 Suppositio propria alia est sim-  
plex, alia personalis. 1<sup>a</sup> est: acceptio termini pro suo t<sup>o</sup>, et imme-  
diato significato solo. 2<sup>a</sup> est: acceptio termini, tam pro mediato,  
quā pro immediato significato. Immediatus significatus termini  
communis, ut natura abstracta ab individuis; mediatus vero sunt  
ipia individua. Extra vero significatus immediatus termini sin-  
gularis est individuum; mediatus vero natura in individuis exis-  
tens. igitur q<sup>o</sup> subiectum est terminus communis, et praty tra-  
it<sup>o</sup> ditionis, quod idcy potest venire nature, et non individuis,  
subiectum supponit simpliciter. Ut in hac: homo est species. si vero  
predicatum non solo nature, sed etia individuis adaptari potest,  
subiectum supponit personaliter; ut in hac: homo est animal. Similitur  
quando.

quando subiectum est terminus singularis, et predicatum solum venit individuus  
et non naturae, subiectum supponit simpliciter, ut in hac: Petrus est individuus:  
si a predicatum etiam naturae conveniat, supponit personaliter: ut in hac: Petrus est animal.

908

Dividitur suppositio personalis in naturalem, et accidentalem. 1<sup>a</sup>  
est: acceptio termini pro omnibus, pro quibus natum est accipi. ut homo est ani-  
malis: ubi homo supponit naturaliter, et accipitur pro omnibus hominibus; quia  
verby est licet videtur significare tempus praesens; tñ abstrahit a tempo-  
re; ideoque similis pp<sup>o</sup> necessarier, vocantur verba veritatis. = 2<sup>a</sup> est ac-  
ceptio termini pro aliquibus tantum significatis. ut homo est albus; ubi homo  
est solum accipitur pro hominibus existentibus, et albis. Haec suppositio  
dicitur accidentalis; q<sup>o</sup> datur quando pp<sup>o</sup> est in materia contingenti;  
prima vero vocatur naturalis; q<sup>o</sup> semper invenitur in pp<sup>o</sup> naturali, seu  
necessaria. = Insuper suppositio personalis alia est communis, et est: acceptio  
termini communis pro suis inferioribus. ut homo legit. Alia est singula-  
ris, et est: acceptio termini pro re singulari. ut Petrus disputat. Hic ho-  
mo currit.

918

Suppositio communis subdividitur in determinata, et indeterminata. 1<sup>a</sup> est:  
acceptio termini communis nullo signo, aut signo particulari affectu, ut  
homo disputat; aliquid homo disputat. et dicitur determinata, quia verifica-  
tur terminus in aliquo determinato supposito. = 2<sup>a</sup> est: acceptio ter-  
mini communis signo universalis, vel specialis confusionis affectu. ut  
omnis homo currit; requiritur equus ad equitandum, quae sunt signa uni-  
versalia, et particularia diximus numero 61. Signa vero specialia  
confusionis sunt promissio, requiritur tantum, bi et alia huiusmodi, quae  
faciunt terminum accipi sive et vage pro suis significatis sine deter-  
minatione alicuius. = Suppositio sive alia est distributiva, alia con-  
fusiva tantum. 1<sup>a</sup> est: acceptio termini communis affectu immediate sig-  
no universalis affirmativo: ut subiectum huius pp<sup>o</sup>: omnis homo est ani-  
malis; vel etiam affectu immediate, aut mediate signo universalis ne-  
gativo. ut subiectum, et predicatum huius: nihilus homo est lapis. Quarta  
est: acceptio termini communis affectu signo universalis affirmativo  
mediate aut signo specialis confusionis immediate. ut predicatum hu-  
ius: omnis homo est animal. et subiectum huius: requiritur equus ad equitan-  
dam. = Haec suppositio etiam est duplex: alia copulativa, alia divisa. Copu-  
lativa est: acceptio termini communis affectu signo colectivo: hoc est  
signo denotante, predicatum solum convenire significatis subiec-  
ti, sub quadam collectivione accepti. ut omnes planetae sunt septem.

4 p 110.



Apostoli duodecim. Divisa est: acceptio termini communis, affectu signo, denotante divisione: hoc est, denotante, predicatum venire significati subiecti sub divisione accepti. ut requiritur oculus ad videndum.

92p Subdividitur suppositio distributiva in impleta, et optata. Completa est: acceptio termini pro suo significato, tam quoad speciem, quam quoad individua. ut omne animal est sensibile. ubi ly animal pro omnibus, et singulis animalibus supponit, et ideo vocatur hec suppositio pro singulis generibus. Incompleta est: acceptio termini communis pro suo significato solum quoad speciem. ut omne animal fuit in arca noe, ubi ly animal supponit pro omni specie animalis, non pro individuis, et sic sensus est: omni speciei animalis aliquod animal fuit in arca noe; et ideo vocatur suppositio pro generibus singularibus. Supposito optata alia est accommodata, alia non accommodata. 1<sup>a</sup> est: acceptio termini pro omnibus suis significatis cum exclusione unius, vel alterius. ut omnis homo in actus peccavit. ubi ly homo non supponit pro christo domino, nec eius similitudine. 2<sup>a</sup> est: acceptio termini pro omnibus suis significatis sine exclusione alicuius. ut subiectum huius propositionis: omnis homo est animal.

93p Ex dictis collige, quod verum sit illud philosophi axioma: talia sunt subiecta, qualia permittuntur alii predicari. Dixit in, quod subiecta supponunt iuxta exigentiam predicari, vel signi, illi adiuncti. Quamplurimae regulae hic coarctari solent, predicandi suppositionibus, quas consulto duxi omittendas, ne multitudo confusionem pariat. Solum quod ad clarioris intelligentiam aliqua de ascensu, et descensu logico notabo. Ascensum logicum est: consequentia ab inferioribus ad superiora. Descensum est: consequentia a superioribus ad inferiora. Uterque est quadruplex: copulativus, disiunctivus, copulativus, et disiunctivus. 1<sup>us</sup> datur quando singularia numerantur per  $pp^e$  copulativa. 2<sup>us</sup>, quando numerantur per disiunctiva. 3<sup>us</sup>: quando numerantur per particulas copulativas, ceterum sub unica  $pp^e$ . 4<sup>us</sup> quando numerantur per disiunctiva etiam sub unica  $pp^e$ .

94p in suppositione simplici non potest fieri ascensum, nec descensum; quia terminus supponens solum accipitur pro suo significato. Unde non habet  $pp^e$ : homo est speciei non licet descendere sic: quod per se est speciei. nec ex hac: per se est individuum, licet ascendere: quod homo est individuum. Solum quod pro suppositione personali, et eius divisionibus, paritur

ponitur ascensus, et descensus. Quo notato, sequentes accipe regulas: 1<sup>a</sup> sub termino supponente determinate potest fieri ascensus, et descensus distinctivus: sic, homo disputat: q<sup>o</sup> vel Petrus disputat, vel Paulus disputat, et sic de aliis usquequo invenias determinatum hominem disputantem. Similiter e converso: Petrus disputat, vel Iohannes disputat, et sic de aliis: q<sup>o</sup> homo disputat. = 2<sup>a</sup> regula: sub termino supponente distributive complete fit ascensus, et descensus copulativus, sic: omnis homo est animal: q<sup>o</sup> Antonius est animal, et Franciscus est animal, et sic de omnibus; et similiter e contra facies ascensus.

95p

Tercia regula est: sub termino supponente copulativum fit ascensus, et descensus copulativus, sic: omnia elementa sunt quatuor: q<sup>o</sup> terra, et aqua, ignis, et aer sunt quatuor. Vel e contra: Petrus et Andreas, Iacobus, et Iohannes sunt duodecim: q<sup>o</sup> omnes apostoli sunt duodecim. Quarta regula est: sub termino supponente distinctivum fit ascensus, et descensus distinctivus. ut requiritur oculus ad videndum: q<sup>o</sup> vel dexter, vel sinister requiritur; et similiter e contra. Ex his facile cognosceris quomodo in aliis suppositionibus liceat ascendere, et descendere. Hec omnia, que de suppositione diximus, si frequenter recolitis, et avide ruminatis, fere omnia sophismata detegeritis, que ut in plurimum in variatione suppositionis fundantur.

## Secundus

### De Ampliatione, Restrictione, alienatione, diminutione, et Remotione.

96p Ampliatio est: extensio termini a minori ad maiorem suppositionem. ut subiectum huius pp<sup>o</sup>: homo potest esse iustus, quod ampliatum ut supponat etiam pro hominibus possibilibus. Restrictio est: coartatio termini a maiori ad maiorem suppositionem. Ut in hac pp<sup>o</sup>: homo iustus est sapiens, ubi si homo coartatur ad hoc, ut idem pro homine iusto supponat. = Ampliatio est duplex, alia que ad tempora, et datam quando suppositio termini extenditur ad varias temporis differentias. Ut D<sup>o</sup> est omnium D<sup>o</sup>us. ubi per se est extendit suppositionem termini ad omnes temporis differentias. hec autem differentie apud dialecticos sunt quinque, scilicet presentis, preteriti, futuri, possibile, et imaginarii. Alia est ampliatio que ad supposita, et datur quando suppositio

termini extenditur ad plura significata. ut in hac suppositione: iusus germinabit iusur, ubi iusus extenditur ad omnes iusus, presentes, futuros, et futuros. Similiter potes dividere restrictionem; ut in hac pp: homo nunc currit, homo restringitur quoad tempora: et in hac: homo albus currit, quoad supposita.

97

Ut autem ampliationis, et restrictionis clarius percipiatur, notandum quod terminus habet quendam statum, qui vocatur solus suppositionis; quando scilicet supponit pro suis significatis existentibus, et non pro aliis: Unde si terminus non solum pro existentibus, sed etiam pro aliis supponat, dicitur ampliatum: si autem non supponat pro omnibus existentibus, vocatur restrictum. Aliqui tamen termini ponunt inter proprios eiusdem in hac pp: sed immerito; quia non est proprietaria distinctio a numerariis; neque si solum verificatur ad exigentiam copule, pertinet ad suppositionem; si consideratur in ordine ad restrictionem potest dici ampliatum; et si in ordine ad hanc, potest vocari restrictum. Absentio est: translatio termini a propria ad impropria significatione. ut in hac pp: emere aquam dicitur; ubi ly aquam transfertur ad infandam Christum, pro illo que supponit. Diminutio est: detractio partis suppositionis termini. ut quatuordecim dentes, ubi ly quatuordecim non pro toto quatuordecim; sed solum pro eiusdem dentibus supponit. Absentio est: detractio termini a totali suppositione. ut in hac: equi rationalis currit, ubi ly equi remouetur a totali suppositione ratione adiuncti rationalis, et hoc contingit quando ponuntur termini repugnantes ex parte eiusdem extremi; et ideo talis pp dicitur implicatio in terminis.

96

### I. Tertius. De Appelatione.

99

Appelatio est: applicatio significati formalis unius termini ad significatum formale alterius. Per esse applicationis venit in simplici predicatione, in qua predicatum applicatur subiecto nude sumpto. Per reliquas particulas differt ab illa, et ideo dicitur ad significatum formale alterius; quia ad appellationem requiritur, quod predicatum applicetur subiecto, non materialiter sumpto; sed sub aliqua formalitate, illi superaddita; ut in admissione appellationis materialis; talis in est simplex predicatio. Unde in hac pp: Petrus est magnus, non datur appellatione; quia

quia magnitudo applicatur Petro materialiter sumptis. Datur vero in hac: Petrus est magnus logicus; ubi magnus est terminus appellans; q<sup>a</sup> sui significatione applicatur ad aliud: Petrus est terminus appellatus; q<sup>a</sup> illi magnitudo applicatur: et logicus denotat formalitatem, sub qua magnitudo venit Petro.

100P

Duplex est appellatio: alia realis, et est applicatio significationis formalis realis unius termini ad significationem formalem alterius. ut in exemplo immediate apponito. Alia est rationis, et est applicatio significationis formalis rationis unius termini ad significationem formalem alterius. ut in hac pp<sup>e</sup>: homo est species, ubi significatum formale speciei quod est 2<sup>a</sup> intentio rationis, applicatur homini, ut abstracto per intellectum ab individuo.

101P

Pro appellationibus discernendis plures statuuntur regulæ. Sic 1<sup>a</sup> regula pro appellatione reali: quando substantivum, et adjectivum ponuntur ex parte diversi extremi nulla datur appellatio; nisi aliqua reduplicatio adsit. unde in hac: Petrus phosus est magnus; ubi magnus non appellat formaliter supra Petrus ut phosus, sed materialiter sumptis; in hac vero: Petrus in phosus est magnus datur formalis appellatio. — 2<sup>a</sup> regula est: q<sup>do</sup> substantivum et adjectivum ponuntur ex parte eiusdem extremi, datur appellatio. ut in hac: magnus logicus disputat; et in hac: Petrus est magnus logicus; nam in utraque denotatur, magnitudine venire sub formalitate logici. — Sed nota, quod termini, qui debent poni ex parte eiusdem extremi, debent esse adjectivum appellans, et substantivum, denotans formalitatem, sub qua fit appellatio, ut in exemplis adductis; aliter non dabitur appellatio ut in hac: Petrus magnus est musicus. — Nota etiam, quod termini adiuncti non debent esse disparati. Unde in hac: Petrus niger est musicus; Petrus est niger logicus, non datur appellatio. — Ultimo advertit, quod etiam datur appellatio, q<sup>do</sup> rectus, et obliquus simul ponuntur; quia tunc æquivaleret adjectivo determinanti, dummodo ponatur post rectus, ut in hac: equus regis currit, in qua currit applicatur equo, qui est regis determinate: si vero ante rectus ponatur, non datur appellatio, ut in hac: regis equus currit; quia in illa currit applicatur equo, non qui est regis determinate; sed qui est, fuit regis.

textus

102<sup>p</sup> Tercia regula pro appellatione rationis est: quando predicatum est terminum intentionis, et venit rei significate per subiectum, datur appellatio: et hoc contingit cum subiectum supponit simpliciter: ut in hac: homo est species. Si a predicatum veniat ipse terminus, et non rei, significate per illic, non datur appellatio: ut in hac: homo est nomen. — Quarta regula est: terminus, significans actum anime interioris appellat supra significatum formale terminus, sed obicitur, inque ferrum, si hic ponatur, et si ante ponatur, non datur appellatio. Unde in hac: cognosco venientem datur appellatio, et est sensus: cognosco venientem sub formalitate venientis; in hac vero: venientem cognosco, non datur appellatio; quia est sensus: cognosco venientem sive in se, sive ut venientem. — Ex dictis colligetur, quod variatio appellationis in syllogismo vitiat consequentiam; ut patet in hac: homo est species; sed sensus est homo: quod sensus est species: que consequentia deficit; quia in maiori datur appellatio; non vero in minori. Inter terminos autem, significantes actum anime interioris ab appellante ad non appellante est bona consequentia; ut hac: cognosco venientem: quod venientem cognosco; quia si cognosco sub formalitate venientis; et sub aliqua formalitate cognosco. —

103<sup>p</sup> Hic videntur addi duae regulae pro nominibus numeralibus. Prima regula est: nomen numerale primitivum species, ut unus, duo, tres, adiunctum substantivo, non numerat supposita nisi ratione formae; adiunctum vero adiectivo numerat supposita non ratione formae, sed ratione sui. Unde cum dico: tres homines currunt, non solum debent intelligi tria supposita hominibus; sed etiam tres formae, hoc est, tres humanitates; nam non darentur tres formae inducentes multiplicationem suppositorum, propositio est falsa: et ideo dicimus; quod in Divinis, non sunt tres Dei; quia est unica Deitas, licet in tribus personis subsistens: et in simbolo fidei nicenae dicitur; non tres omnipotentes, sumpto by omnipotenti substantivo; quia unica est Divina Omnipotentia; si a ut adiectivum sumatur, utrum erit dicitur: tres omnipotentes, id est: tria supposita, habentia unica omnipotentia: sicut tria alba solum significat tria supposita, licet albedo eorum eadem. — Secunda regula est: nomen numerale denominativum, ut binus, ternus, quaternus, numerat concretum sub qualibet formalitate. Et ideo dicimus: Deus unum esse trinum, et unum; quia Divinitate, et unitate includit, licet sub diversis formalitatibus. —

Cap.

Caput Quintum.

De proprietatibus propositionum.

102p

Sicut terminos intra pp<sup>s</sup>, sic pp<sup>s</sup> ip<sup>s</sup> sequuntur aliquas proprie-  
tates: explicari q<sup>o</sup> illi, de his nobis in presenti capite erit sermo.  
Tres igitur sunt proprietates, tota<sup>q</sup> propositione afficientes, nempe,  
oppositio, equivalentia, et convertio, de quibus suo ordine agemus.

Sui Primus  
De oppositione.

105p

Oppositio est: affirmatio, et negatio e<sup>u</sup>dem de eodem, et 2<sup>o</sup> idem. Dico:  
affirmatio, et negatio; q<sup>a</sup> ad oppositionem logicam requiritur, quod una pp<sup>s</sup>  
sit affirmativa, et alia negativa: unde ite: Seruus est albus: Seruus e  
niger: licet philoso<sup>o</sup> oppositione dicant, non opponuntur logice. Cui  
de de eodem denotat, quod in utraque pp<sup>s</sup> subiectum, et predicatum  
sint eadem in formalitate, integritate, et nomine: unde ite: Seruus  
currit; Paulus non currit, non opponuntur defectu eiusdem subiec-  
ti: nec ite: Seruus est albus: Seruus non est rufus, defectu eiusdem  
predicati: nec ite: criopi e albus 2<sup>o</sup> dentes; criopi non est albus, defectu  
eiusdem formalitatis subiecti: nec ite: Seruus currit: Seruus non cur-  
rit velociter, defectu eiusdem integritatis: Nec denique ite: travius  
orat: tulius non orat, defectu eiusdem nominis. Particula 2<sup>o</sup> idem in-  
nuat, quod utraque pp<sup>s</sup> debet significare eundem locum, et tempus:  
unde ite: Seruus disputat: Seruus non disputabit: Sicut pluit: Sicut  
non pluit, non sunt oppositae. Insuper nec particula denotat  
quod debet observari eadem proprietates logicales, scilicet, suppositio,  
ampliatio, et si r<sup>m</sup> excipias variatione<sup>s</sup> proprietatum, que proveni-  
unt a signis, quantificantibus pp<sup>s</sup>; hoc in variata, adhuc remanent  
pp<sup>s</sup> oppositae, ut patet in istis: omnis homo e albus: aliqui homo non  
est albus, que contradictorie opponuntur.

106p

Dividitur oppositio in contradictoria, contraria, et subcontraria. Quilibet harum potest esse, de lege rationis,  
vel de lege, et modo simul. Lex cuiuslibet consistit in repugnantia in  
veritate, vel falsitate, aut in unoque; modus vero in universalitate,  
vel particularitate. Oppositio q<sup>o</sup> contradictoria de lege est: repug-  
nantia

repugnancia duarum pp<sup>o</sup> in veritate, et falsitate; hoc est: duae pp<sup>o</sup> ita inter se repugnantes, ut non possint esse simul verae, nec simul falsae; sed una erit vera, altera necessario erit falsa: ut ite: Plexus currit: Per non currit. Modus earum est, quod una sit universalis, et alia particularis: Unde contradictoriae de lege et modo simul sic definitur: repugnancia in veritate, et falsitate inter duas pp<sup>o</sup> oppositae qualitatis, et eiusdem quantitatis. Ut ite: omni homo disputat; aliqui homo non disputat. — Et nota, quod in omni oppositione lex, seu repugnancia se habet de formali ad illa; modus a de materiali.

107p


Oppositio

contraria de lege est: repugnancia duarum pp<sup>o</sup> in veritate, id non in falsitate. Unde licet non possint esse simul verae, possunt esse simul falsae. Modus earum est, quod utraque sit universalis. Unde contraria de lege, et modo simul est: repugnancia duarum pp<sup>o</sup> oppositae qualitatis, et eiusdem quantitatis universalis in veritate: ut omni homo disputat: nullus homo disputat; dixi quod possunt esse simul falsae, non ita ut necessario, quod falsae sint; quia q<sup>do</sup> pp<sup>o</sup> contrariae oppositae fiunt in materia naturali, falsae simul non sunt: ut ite: homo est aal; homo non est aal: Unde hoc, quod dixi debet intelligi ex vi terminorum; quod patet q<sup>do</sup> fiunt in materia contingenti, ut in exemplo apposito; in quo utraque pp<sup>o</sup> est falsa, casu, quo unus tantum homo disputet — Oppositio subcontraria de lege est: repugnancia duarum pp<sup>o</sup> in falsitate, id non in veritate; unde licet simul falsae esse non possint, possunt esse simul verae ex terminis, et q<sup>do</sup> fiunt in materia contingenti. Modus earum est, quod utraque sit particularis: Unde sic illa definitur: repugnancia in falsitate inter duas pp<sup>o</sup> oppositae qualitatis, et eiusdem quantitatis particularis. Exempli: aliqui homo disputat: aliqui homo non disputat. —

108p

Hic etiam videtur de propositionibus sub alternata agi, quae licet non habeant oppositae qualitatis, opponuntur tamen in modo, scilicet, quantitatis: sic quae definitur: subalternata in veritate, et falsitate inter duas pp<sup>o</sup> eiusdem qualitatis, et oppositae quantitatis. Ut omni homo disputat; aliqui homo disputat. Cuius autem una sit universalis, et alia particularis; particularis dicitur sub alternata, quia sub.

quia sub universali continetur: universalit̄ ō dicitur subalternati;  
quia subie continet particulariter illa necessario inferri: unde  
ex hac: omnis homo est albus; necessario sequitur: q̄ alius  
quis homo est albus. Ordine hanc omniū oppositionū acci-  
pire in hoc quadrangulo figurari. =



De Equipollentia Propositionum Oppositarum.

Loquimur non de quacunque equipollentia, id ut ritur inquit, de illa,  
qua oppositae propositiones reducuntur equipollentes beneficio alicuius  
negationis; et sic definitur: reductio unius propositionis in sensu alte-  
rius, sibi oppositae, beneficio alicuius negationis. quomodo autem po-  
nenda est negatio, ut fiat haec reductio, denotat sequens verus-  
culus.



Præ contradict. Post contra. Præpostque subalter.

Præcontradic denotat, quod contradictoriæ fiunt equipollentes, si alteri sub-  
iuro eorum anteponatur negatio. Post contra innuit, quod contrariæ fiunt  
equipollentes post ponendo negationem subiecto unius ex illis. Subalter-  
nat vero redet equipollentes, si ante, et post subiectum unius ponat ne-  
gationem, quod indicat particula, præpostque subalter. Pro sub con-  
trariis nulla assignatur regula; quia non possunt fieri equipollen-  
tes.

1107

Tota hæc propositionum æquivalentia provenit ex eo, quod signa, at-  
ficiencia pp<sup>o</sup> opponit, æquivalent inter se ad iunctis negationibus. Ut  
autem facile hanc æquivalentiam signorum cognoscatur, sequentes verius  
memorie mandate:

- Non omnis, quidam non: omnis non, quasi nullus.
- Non nullus, quidam: sed nullus non, valet omnis.
- Non aliquis, nullus: non quidam non, valet omnis.
- Uterque non, neuter: neuter non, valet uterque.
- Non alter, neuter: non alter non, est uterque.

igitur contradictoria, in antecedenti figura ponitur, sic redet equi-  
pollentes: non omnis homo disputat: aliquis homo non disputat. vel  
sic: non aliquis homo non disputat: omnis homo disputat. et sic de aliis.  
Contrariæ vero sic: omnis homo non disputat: nullus homo disputat:  
vel sic: nullus homo non disputat: omnis homo disputat. subalter-  
nat denique sic: non omnis homo non disputat: aliquis homo dispu-  
rat: vel e contra negativæ subalternat sic: non aliquis homo non non  
disputat: nullus homo disputat; quia, cum negativa particularis unam  
negationem habeat, et ut sit equipollens sue universali negativæ,  
duplex negatio illi super addi debeat, nihil negatione afficitur.  
Sed etiam potest redere illa equipollentes, auferendo duas posteriores  
negationes ad vitandam confusionem sic: non aliquis homo disputat,  
que x<sup>a</sup> regula non aliquis, nullus, æquivaler huic: nullus homo dis-  
putat.

Sus Tertius.

De Conversione propositionum.

1115

Conversio, que est tertia pp<sup>o</sup> proprietatis, sic communiter definitur.  
mutatio unius pp<sup>o</sup> in aliq, per transmutationem extremorum, serva-  
ta eade qualitate. ut ista: nullus homo est lapis, que sic conver-  
tur: nullus lapis est homo. Prima pp<sup>o</sup> dicitur convertibilis; secunda  
conver.

conuertens. transmutatio extremorum stat in hoc, quod predicatum ponatur pro subiecto, et subiectum pro predicato. seruare qualitatem est, quod si conuertibile sit affirmatiua; conuertens affirmatiua sit; et si negatiua sit conuertibile, etiam conuertens. = si conuertibile sit pp<sup>o</sup> de secundo adiacente, debet fieri conuersio medio participio incluso in uerbo: unde hec: Seruus amat, conuertitur sic: Amantem est seruus; et hec: homo legit librum, sic: legentem librum est homo; et denique hec: equus est hominis, sic: est hominis est equus. = seruare qualitatem debent etiam seruari in conuersione proprietates logicæ termini; nam si uarietur suppositio, ampliatio & non erit bona conuersio. Et ideo hec pp<sup>o</sup>: Deus factus est homo, non bene conuertitur sic: homo factus est Deus; quia uariatur appellatio, et ideo 1<sup>a</sup> pp<sup>o</sup> est de fide; et 2<sup>a</sup> heretica. = Ex his habet quod in bona conuersione, a conuertibile ad conuertentem est bona, et formalis consequentia; si in conuertibile est ueritas conuertens uera erit. sed caute in conuersione procedite; quia plurimi defectus committuntur in illa, qui uitiatur bonitatem consequentiam.

112

Triplex est conuersio, simplex, per accidens, et per contrapositionem. simplex est: conuersio unius pp<sup>o</sup> in aliam, seruata quantitate, hoc est: seruata eadem ueritate, uel particularitate; ut in hac: aliquis homo est albus; aliquid alby est homo. Hæc conuersio dicitur mutua; quia pp<sup>o</sup> mutuo se inferunt, et a qualibet ad aliam est bona consequentia. = conuersio per accidens est: conuersio unius pp<sup>o</sup> in aliam, uariata quantitate. Unde hec: omnis homo est animal, conuertitur sic: aliquid animal est homo. et hæc non est mutua; quia a conuertente ad conuertibile non est formalis consequentia. = conuersio per contrapositionem est: conuersio unius pp<sup>o</sup> in aliam, seruata quantitate, et mutatis terminis finitum in infinito. Unde hec: omnis homo est animal, conuertitur sic: omne non animal est non homo. conuersio ista etiam est mutua, et a qualibet ad aliam tenet consequentiam.

113

Non quilibet pp<sup>o</sup> quomodolibet conuerti possunt. sed una quæque sua propria conuersione habet. ut autem uicarij, singulis pp<sup>o</sup> propria conuersione conuertente, dicite hoc ueritas.

Asserit A, negat E sunt ueritaliter ambo.  
 Asserit I, negat O. sunt particulariter ambo.  
 Simpliciter FECI, conuertitur EUA per acci.

Art 0 per contra: sic fit conversio tota.

Igitur iuxta primam verum, littera A denotat universalem affirmativam; E universalem negativam; I particularem affirmativam; et O particularem negativam. Unde iuxta 2<sup>o</sup> carmen, universalis negativa, et particularis affirmativa, contente in dictione feci, convertuntur simpliciter. Universalis negativa, et universalis affirmativa, contente in eva, per accidens. ac denique universalis affirmativa, et particularis negativa contente in artu, per contrapositionem, convertuntur. Ex quo habet, quod universalis negativa tam simpliciter, quam per accidens converti potest; universalis affirmativa, per accidens, et per contrapositionem; particularis affirmativa solum simpliciter; et particularis negativa solum per contrapositionem. =

Caput Sextum.

De propositionibus Modalibus.

WSP Numero 42 dividimus pp<sup>s</sup> in modalem, et de in esse; de ista hucusque egimus; unde nunc nobis de prima est sermo; que adeo difficultatis est, ut vix a peritioribus percipi queat; quare claritate possibilis aliqua de illa breviter dicemus. sit.

Sui Primus.

Essentia, et divisio propositionis modalis explicatur.

Propositio modalis sic definitur: que includit modum, determinans convenientiam predicati ad subiectum. ut ista: Sexus velociter currit, in qua curvus applicatur per se non absolute, sed in modo velocitatis. Modus est: adiacens rei determinatio. et est triplex scilicet D. Th. opus. 40. 1<sup>o</sup> qui determinat subiectum, ut homo albus currit: ubi albus determinat by homo. 2<sup>o</sup> est, qui determinat predicatum; ut sexus disputat bene. 3<sup>o</sup> denique est: qui determinat convenientiam predicati ad subiectum afficiens totam pp<sup>s</sup>; ut sexus curvere est possibile. Et ab hoc solo modo, ait Janus Doyus, dicitur pp<sup>s</sup> modalis. Unde in presenti solum loquimur de hac, que exprimit non solum predicatum convenire subiecto, sed etiam modum, quo illi convenit. =

WSP Modi autem, quibus pp<sup>s</sup> fiunt modales, sunt sex, scilicet: verum, et falsum, necessarium, impossibile, possibile, et contingens. sed quia.

sed quia duo primi nihil addunt ad pp<sup>o</sup> de in esse; cum idem sit dicere: hominem esse animal uerum, ac dicere; homo est animal; idem illi omnia, solum de quatuor ultimis agemus. isti 4<sup>o</sup> modi possunt accipi dupliciter, uel nominaliter, ut cy dicimus: necesse impossibile, possibile, et contingens, uel adverbialiter, ut necessario, impossibilitate, possibilitate, contingenter; et sub hac ultima consideratione non sunt subiecti, nec predicati in pp<sup>o</sup>. 1<sup>o</sup> 2<sup>o</sup> 3<sup>o</sup> ait D. Th. loco citato; quod ut pp<sup>o</sup> sit modalis oportet, quod quatuor predicti modi predicentur; et ratio est: 1<sup>a</sup> D. est; 2<sup>a</sup> modus est determinativus, ad predicatum determinat subiectum, et non contra: 3<sup>a</sup> modus se debet tenere ex parte predicati. subiectum autem in talibus propositionibus est integra pp<sup>o</sup>, cuius compositio determinatur per modum; et hoc uolatur dictum in pp<sup>o</sup> modalis; ut in hac: Petrus currere est necessarium; Petrus currere est dictum. Ex his constat quod si modus ponatur pro subiecto, pp<sup>o</sup> non erit modalis, sed de in esse; ut hoc: possibile est Petrus currere; 4<sup>a</sup> modus ut pote subiectum requirit determinari predicatum, sicut dictum. Et in super: 4<sup>a</sup> denominatio non provenit nisi a forma; sed formale in pp<sup>o</sup> est predicatum; 5<sup>a</sup> si modus non predicatur, pp<sup>o</sup> non potest denominari modalis. ita expresse Ang. Mag. loco predicto. verumamen est, quod sepe scripti modus quoad sensum proponitur; licet verbaliter anteponatur.

116

Ex hac igitur duplici acceptione modi adverbialis, sicut, et nominalis oritur, quod duplex sit pp<sup>o</sup> modalis, una composita, et alia diuisa. 1<sup>a</sup> est: in qua extrema dicti ununtur secundum sua significata formalia. et hoc contingit, quando modus ponitur pro predicato, ut in hac: hominem esse animal est necessarium. sicut in qua significatum formale predicati unitur significato preteriali subiecti. et hoc evenit quando modus adverbialiter fertur in copula; ut in hac: Petrus possibilitate currit. hinc oritur illa celebris apud theologos distinctio sensus compositi, et diuisi; 4<sup>a</sup> modalis composita semper sensum compositum; diuisa uero diuisum efficit. sensus autem compositus fit; 4<sup>o</sup> ex vi terminorum significatur componi simul

componi simul in eodem subiecto, et a formale predicati, quod formale subiecti. Unde hec modalis facit sensu compositus: celum videre est possibile; quod significat virtus, et ceterate, posse esse simul in eodem subiecto. Sensus divinus fit, quando significatur, formale predicati convenire materiali subiecti, non simul cum formali ipsius, sed seorsim, et pro alio tempore. Ut in hac pp: celum possibile videtur, in qua significatur, quod virtus poterit convenire homini celo, non pro tempore ceterate, sed divinis, et seorsim ab illa.

1175

Aliis autem terminis vult hoc ipsum explicari, neque in quibus explicatio in re tan utilis superfluit. Dicimus quod sensus compositus fit quando pp significat potentiam simultaneam, hoc est, potentiam ad coniungendum significata formalia utriusque extremi. Ut in hac: predestinatus condemnari est possibile, que est falsa, quia significat, stare posse actualiter condemnationem hominis simul cum actuali predestinatione, et utramque posse iungi, quod falsum est. Sensus vero divinus invenitur, quando significatur simultanea potentia, hoc est: simul, et in eodem subiecto potentia ad formale predicati, et subiecti, non simul recipiendum, sed seorsim; ita ut licet sit in subiecto potentia ad utrumque, non tamen est in illo potentia ad utrumque simul. Ut in hac pp: predestinatus possibile condemnatus, que est vera, quia significat simul coniungi potentiam ad predestinationem, et damnationem, non simul subeundam, sed divinis, quod verum est. Alia plura, que circa hoc sensu desiderari possunt, theologis explicanda relinquimus.

### § Secundus.

#### De Qualitate, Quantitate, Oppositione, Conversione, et quibus potentia Modalium.

1176 Sicut pp de in ore, ita modalis sua habet quantitatem, et qualitatem, non tamen facile percipibile ob duplicem pp, que in una quaque modalis reperitur, una, scilicet, que se tenet ex parte subiecti, et alia que ex modo componitur; atamen si de modalis ut tali loquamur non iradificabile erit, illius proprietates assignare. Pro quo advertite, quod in modalis diversa debet attendi quantitas, et qualitas pro ut in propositionibus de in esse. Unde hec: omnis homo

omni homo necessario est animal, est universale, quia subiectum est universale:  
ita vero: aliquis homo possibiliter currit, est particularis: ita affirmativa:  
homo possibiliter est albus; haec autem negativa: solus necessario non est equus.  
Unde itarum propositio, veritas, et equipollentia fere attendenda ut ex propositionibus de in e.

119

In modalibus autem dispositis, qualitas  
deveni debet ex copula principali; ita ut pro modalibus sit negativa, quan-  
do negatur copula modi, licet dictum sit affirmativum; et similiter contra.  
Unde haec: hominem esse album non est necessarium, est negativa; ita vero: ho-  
minem non esse album est possibile, affirmativa est. Veritas autem, et falsi-  
tati modalibus debet cognosci ex conformitate materiae dicti cum modo.  
materia dicti est triplex iuxta dicta numero 69, scilicet, naturalis, contingens,  
et repugnans. Igitur si materia dicti, seu dictum fuerit pro necessa-  
ria, modus debet esse necesse, ut modalis sit vera; secus in exitu falsa.  
Unde haec est vera: hominem esse animal est necesse; haec autem falsa: hominem  
esse animal est contingens; et sic de reliquis, ita ut modus impossibile  
correspondat materiae repugnanti; contingens, et possibile, materiae  
accidentali; et necesse, naturali, aut necessariae. Ex quo ostenditur, quod  
omni modalis vera est necessaria pro; falsa vero est impossibile, quae  
cum sit materia dicti; si tamen modus materiae correspondat.  
Quod patet exemplo; quia tam vera et necessaria est haec: hominem  
currere est contingens, ac ita: hominem esse animal est necesse; tam  
necessarium in exitu, cuius contingenter convenit homini; ac ani-  
malitatem essentialiter, et necessario adesse illi.

120

Circa quantitates  
vero modalibus sciendum est, quod cum quantitas sumatur a mate-  
ria in pro debet sumi a subiecto, quod est quid materiale res-  
pectu praedicati. Unde pro modalibus nec universalibus, nec particu-  
laribus esse poterit, ut bene notat Sapient. Soto in praesenti. lib. 3.  
cap. 6. lec. 1. De tria differentia. Et hoc etiam constat ex D. Th.  
op. 20. cuius ratio est: quia subiectum pro modalibus semper est  
quid singulare, scilicet, talis, vel talis pro. Unde siue dicatur: om-  
ne hominem currere est possibile, siue dicatur: Servum currere, aut  
aliquem hominem currere est possibile; semper totum subiectum sup-  
ponit pro singulari significato: talis enim propositio, equi-  
vales huic: hoc singulare dicitur: Servum currere; alique, vel om-  
ne hominem currere; est possibile.

Hoc

121

24

Hoc tñ non obitante, solet quantitas modalium designari per ordinem ad modos: ita ut modalis sit universalis, cuius modus est universalis, et sic de aliis. Modi autem universales sunt, necesse, et impossibile: particularis vero possibile, et contingens, quod in propriis pro eodem accipitur, et contingens non, seu possibile non. Ad totum sequentia carmina conant.

Omnis necesse valet; impossibile nullus.

Possibile quidam; quidam non, possibile non.

id est: modus universalis necesse, correspondet signo universalis omnis, et sic de aliis. et quidem recte per comparationem ad signa universalis, et particularis assignatur universalitas, et particularitas modi; quod enim necesse ut esse, omnibus convenit; quod impossibile, nulli; et quod possibile, aut contingens est, alicui convenire solet.

122


His suppositis propositioni modalis, ut talis, converti non poterit; si enim convertatur fit propositio de in esse. Nam tunc modus poneretur pro subiecto; et sic, ut bene notat Ang. Preceptor loco supra citato, non poterit denominare propositionem modalem; quia denominatio a forma, id est, a predicato in propositione provenire debet. Unde solum poterit converti dictum propositionis modalis; servato eodem modo, et secundu eandem regulam, numero IIII a nobis tradita pro propositionibus de in esse.

Oppositio autem propositionis modalis debet attendi penes modos; ita ut sicut omnis, et nullus; sic necesse, et impossibile faciant oppositionem contrariam; necesse, et possibile, seu contingens non; et etiam, impossibile, et possibile, seu contingens, contradictoria; possibile, cum possibile non, sub contrariam; et denique, necesse, et possibile; impossibile, et possibile non, sub alternam.

Harum propositionum equipollentia fit sicut in propositionibus de in esse, ut diximus numero 109: hoc tamen est notandum, quod tunc anteponitur negatio, cum negatur modus; tunc post ponitur, cum negatur dictum: tunc denique ante ponitur, et post ponitur, cum negatur utrumque. Alia plura, hic coaccusantur.

lita

solita, ut pote nimis difficultia, minus que utilia tironibus consul-  
to omittenda duxi. accipere tñ exempla oppositionis propo-  
sitionum modatum in sequenti figura demonstrata. —



Caput Septimum.  
De propositione exponibili.  
Sui unicus.

Quid? Quotuplex? et quomodo exponenda er?

*Propositio exponibilis.*

1239 sic communiter definitur pp<sup>o</sup> exponibilis: que ob aliquam di-  
stinctionem



ditionem, obcurum implicante sensum, indiget explanatione. Et que  
 triplex: exceptiva, exclusiva, et reduplicativa. Exceptiva est: que con-  
 tinet particulam exceptivam. Huiusmodi sunt: preter, extra, excepto, et  
 alii. Ut huius pp<sup>o</sup>: omne animal preter hominem est irrationale. Parti-  
 cula exceptiva denotat, quod terminus, cui apponitur, excluditur  
 a participatione predicati; et quod predicatum participatur ab om-  
 nibus aliis in subiecto contentis. Unde ut clarescat eius sensus  
 debet exponi per unam pp<sup>o</sup> hypoteticam copulativam, cuius 1<sup>a</sup> parti  
 negat de termino excepto predicatum; 2<sup>a</sup> autem predicatum  
 affirmat de omnibus aliis in subiecto contentis. Unde preposita  
 propositio debet exponi sic: homo non est irrationale, et omnia  
alia animalia sunt irrationale. ite pp<sup>o</sup> dicuntur exponentes;  
 quia exponunt, et explicant sensus confusus exponibiles. =

124

Exclusiva  
 est: que continet particulam exclusivam; ut solum, tantum, duntaxat. Hec autem  
 particula exclusiva potest afficere tam subiectum, quam predicatum. Si igi-  
 tur afficiat subiectum, denotat, quod omnia alia, preter subiec-  
 tum, excluduntur a participatione predicati; et sic debet exponi  
 per copulativam, cuius prima pars enunciet predicatum de sub-  
iecto affirmative; 2<sup>a</sup> vero negat omnibus aliis participationem  
rali predicati. Unde hec: tantum Deus est infinitus, exponitur sic:  
Deus est infinitus, et nihil aliud a Deo est infinitum. Si vero par-  
 ticula afficiat predicatum, denotat, quod illud convenit sub-  
iecto, et quod non convenit illi aliud quodcumque predicatum.  
 Unde debet exponi per copulativam, cuius 1<sup>a</sup> parti affirmat pre-  
dicatum de subiecto; et 2<sup>a</sup> negat de illo omnia alia predica-  
ta. Unde hec: D<sup>us</sup> est tantum infinitus, exponitur sic: Deus  
est infinitus, et nulli aliud predicatum ei convenit. Et adverten-  
 te, quod si particula exclusiva afficiatur aliqua negatione,  
 non facit pp<sup>o</sup> exclusivam: ut in hac: non tantum D<sup>us</sup> est infinitus. Et  
 quia aliquando confusione importat exponi potest per copula-  
tivam, in qua affirmatur predicatum de subiecto, et erigat de aliis.  
 Unde relata pp<sup>o</sup> exponitur sic: D<sup>us</sup> est infinitus, et aliquid aliud  
a Deo est infinitum; et in negativa exclusiva, admittuntur alia  
subiecta ad participationem rali predicati. =

Reduplicativa est: quae continet particulam reduplicativam, ut  
 in q<sup>ta</sup>, 23 quod & id ut utiq<sup>ue</sup> particulae sint vere reduplicativae  
 ut necessariè quod id, quod afficitur particula, sit causa qua  
 re predicatum conveniat subiecto. Unde pp<sup>o</sup> reduplicativa  
 non solum enuntiat predicatum de subiecto, sed significat ra-  
 tionem, quare predicatum subiecto convenit. igitur debet ex-  
 poni per simplicem pp<sup>o</sup>, dempra reduplicatione, et per pro-  
 positionem causalem, in qua dictio reduplicata afficitur  
 particula causalit. Unde hec pp<sup>o</sup>: homo in q<sup>ta</sup> rationalis  
 est rationalis, exponitur sic: homo est rationalis, et hoc ideo  
 q<sup>ia</sup> est rationalis. - Hic addi solet pp<sup>o</sup> comparativa, quae  
 scilicet implicite, vel explicite habet particulam compa-  
 rativam, ut hec: Petrus est magis iustus, vel iustior Paulo;  
 quae sic exponunt: Petrus est iustus, et Paulus non est ita  
 iustus. Sed hoc certe solum est, confundere pluribus ter-  
 minis sensum pp<sup>o</sup>, quae alias paucioribus terminis clari-  
 or erat. Alia circa hoc omnino, ut mihi utilis, ad 33  
 q<sup>ta</sup> libri propecuramus.

## Libert Tertius.

De his, quae ad tertiam intellectus nostri  
 operationem pertinent.

126P Sicut pp<sup>o</sup> ex terminis, ita argumentatio ex propositionibus  
 coalescit: sicut enim de apprehensio indicamus, ita ex  
 indicatis aliquid per argumentationem inferimus; Un-  
 de post explicatam naturam proprietates quae pp<sup>o</sup>, quae  
 ad iudicium mentis pertinet, rectus ordo doctrinae ex-  
 postulat; ut ad discursum pertinentia explicemus. sit.

### Caput Primum De Argumentatione.

§ 1. De natura, et partibus Argumentationis.

127P Tertia species modi sciendi, ut diximus numero 10 est ar-  
 gumentatio; quam loco citato sic definitivimus: modus  
sciendi

modus sciendi, in quo, uno dato, aliud sequitur. huc definitio est bona; nam per hunc modum sciendi venit argumentatio cum definitio-  
 ne, et divisione; sequitur differre per reliquas particulas. Et ad-  
 vertite, quod in quavis argumentatione tria ad minus inveniuntur,  
 scilicet, antecedens, consequens, et nota illationis. Antecedens est illa pp<sup>o</sup>  
 ex qua aliud sequitur; quae vocatur etiam praemissa; quia praemittitur  
 illationi. Consequens est: pp<sup>o</sup> sequuta ex antecedenti. Nota illationis  
 est, particula uniens pp<sup>o</sup> et denotans, unam ex alia inferri. Unde  
 in hac: Petrus currit; q<sup>o</sup> movetur. t<sup>o</sup> Petrus currit est antecedens;  
movetur, consequens; et t<sup>o</sup> ergo nota illationis. ipsa autem illatio  
 unius ex alio vocatur consequentia.

128

Dividitur autem argumenta-  
 tio in conditionalem, rationalem, et causalem. 1<sup>a</sup> est: in qua illatio deno-  
 tatur per particulam conditionalem. 2<sup>a</sup>: in qua denotatur per  
rationalem. 3<sup>a</sup> vero: in qua per causalem denotatur. De his om-  
 nibus egimus, cum de pp<sup>o</sup> hypothetica numero 36, et sequenti-  
 bus; id ibi loquebamur de illis; prout sunt duae pp<sup>o</sup>, aliqua parti-  
 cula uniens; nunc autem agimus de illis, prout denotant illatio-  
 nis unius ex alio: Nilominus omnia, quae sollicitate diximus, re-  
 colite pro illarum intelligentia.

129

Secundo dividitur argumentatio  
 in sylogismum: entimema: inductionem: exemplum, et dilemma. Om-  
 nis sylogismus; quia de illo in capitulis sequentibus erit sermo;  
 Entimema est: argumento conitans ex duabus propositionibus, qua-  
 rum 1<sup>a</sup> dicitur antecedens, et 2<sup>a</sup> consequens. ut haec: Petrus est  
homo; q<sup>o</sup> est rationalis. Inductio est: argumentatio, in qua ex sin-  
gularibus, sufficienter enumeratis, inferatur universale. ut haec:  
hic homo est bipes, et ille, et ille, et sic de omnibus; q<sup>o</sup> omnis homo  
est bipes. Id notandum est, quod, ut inductio sit bona, debent sin-  
 gularia sufficienter enumerari; ne contingat, ut ex eo quod  
 in pluribus contingit, non vero in omnibus; inferatur pp<sup>o</sup> uni-  
 versalis. Sicut vulgus male, et malitiose affectus erga religio-  
 sos; ex eo, quod aliquos videt non recte operantes; solet mali-  
 tiose inferre; omnes religiosos, irreligiosam vitam ducere. Pro  
 perfecta inductionis intelligentia, notare dicam de ascensu,  
 et descensu logico numero nonagesimo tertio. =

130p Exemplum est: argumentatio in qua ex uno aliquid ei simile inferitur. ut hec: D' peperit Magdalenę penitenti: qd' et mihi parcat, simi-  
lem penitentię agenti. - Dilemma est: argumentatio, in qua, posi-  
 ta pp' e' disiunctiva, ex quacumque parte concessa aliquid contra  
 respondentem inferitur. Ut si dicam vobis: vel vultis studere, vel  
non? si 1<sup>us</sup>: quid q' statim tota die oravi? si 2<sup>us</sup>: ut quid ad sco-  
las venistis? Id ut hec argumentatio sit bona, est necessarium  
 quod inter partes disiunctivis propositis non detur medijs;  
 si m' datur, poterit utraque parti negari; sicque dilemma  
 erit inutile; quia nihil inferri: ut si quis nunc dicat mihi:  
vel ambulat, vel currit? cui respondebo, ne sciam, nec aliud  
id scio: sicque ex disiunctiva nihil contrarie inferre pote-  
 rit. -

## §<sup>us</sup> Secundus

### De consequentiā, et eius divisione, requisi que ad eius bonitatem observandis.

131p Diximus supra, quod ipa illatio unius ex alio, que in argu-  
 mentatione reperitur vocatur consequentiā. Unde distin-  
 guitur ab argumentatione, penes includens, et inclusum; ar-  
 gumentatio enim continet utramque pp' e', et connexionem  
 unius cum alia; consequentiā vero precise dicit hanc con-  
 nexionem. Unde licet indifferentes utroque nomine no-  
 minetur ab Aristoteli tñ aliquantulum distinguitur a consequen-  
 tiā; ideo de hac, ut ab argumentatione distincta, aliquid  
 dicemus. Consequentiā q' alia est bona, et alia mala.  
 1<sup>a</sup> est: ex qua, ex antecedenti recte inferitur consequens  
licet utrumque sit falsum. Unde hec est bona consequentiā:  
homo est equus: q' est inhibibilis. 2<sup>a</sup> est: in qua consequens  
non inferitur ex antecedenti, licet utrumque sit verum.  
 ut hec: homo est animal: q' rationalis. Hęc divisiō con-  
 sequentię est analogā; quia consequentiā mala, consequen-  
 tiā non est; idem que analogice, et improprie conse-  
 quentiā vocari poterit. - Id advertire, quod licet con-  
 sequentiā dicatur bona, et mala; non tñ potest dici vera, et falsa; non  
 tñ aliquid affirmat, et negat; id solum vix ex alio inferit. -

Conse-

132p

Consequentia bona subdividitur in informale et materiale. formale est: in qua ratione dispositionis terminorum consequens inferitur ex antecedenti. et hec in quacumque materia etiam repugnanti sub tali dispositione est bona. Unde hec est optima consequentia: omnis homo est animal: q<sup>o</sup> Ferrus est animal. et similiter hec: omnis homo est lapis: q<sup>o</sup> Ferrus est lapis; concedo in antecedenti, cogitur consequentia concedere. Materiale est: in qua unus ex aliis inferitur solum in aliqua materia, et non absolute: ut hec: homo est animal: q<sup>o</sup> Ferrus est animal; quia quia falsa est in materia naturali est bona; antecedens enim indefinitum in tali materia, correspondet universali; ideo que recte inferitur consequenti particulare, sub illo contentu. Unde talis consequentia non esset bona si argumentatio fieret in materia contingenti: ut hec: homo est albus: q<sup>o</sup> Ferrus est albus; q<sup>a</sup> ex antecedenti indefinito, quod in tali materia correspondet particulari, non recte inferitur singulare determinatum. illa consequentia in qua antecedens, et consequens mutuo se inferunt, vocatur mutua; ut hec: Ferrus est homo: q<sup>o</sup> est rationalis. Est rationalis: q<sup>o</sup> est homo. illa vero in qua antecedens, et consequens non se inferunt mutuo; vocatur non mutua; ut hec: est homo: q<sup>o</sup> animal; non in valet e converso: est animal: q<sup>o</sup> homo =

133p

Ex dictis conicitur, quod in bona consequentia non potest esse antecedens verum et consequens falsum. Ratio est; quia cum bona consequentia denotet connexionem antecedentis cum consequenti; et cum ex duobus connexis, si unus existit, necessario etiam existit aliud: impossibile est omnino, quod, stante veritate antecedenti, non stet etiam veritas consequenti, cum illo connexi. Ex hoc ostenditur quod inter arguendum nunquam consequens negatur, sed consequentia: vel enim recte inferitur ex antecedenti, vel non? si recte: concedo antecedenti, stat veritas consequenti: si v<sup>o</sup>: negatur consequentia, seu illatio. Si vero dubia sit p<sup>o</sup> consequens debet distinguere; et in sensu, in quo inferitur ex antecedenti, conceditur consequentia: in sensu vero, in quo non inferitur, consequentia negatur. Antecedens a, et etiam p<sup>o</sup> si verum sunt, concedi debent: si falsi, negari: si dubia, distinguere: si vero ad x<sup>o</sup> propositionem non attinent, omitti, aut permitti debent.

134p

Pro bona consequentia, aliquae regulae generales assignantur. 1<sup>a</sup> est: ex vero semper sequitur verum. Unde quia hec propositio est vera: omni

omnis homo est animal: quidquid ex illa reite inferitur, debet verum esse.  
secunda regula est: falsum non sequitur nisi ex falso: ratio est, q<sup>a</sup>  
si consequenti precontinetur in antecedenti, falsitas illius neces-  
sario oritur ex falsitate, in antecedenti contenta. Tercia e:  
ex falso aliquando sequitur falsum, et aliquando verum. Exem-  
plum h<sup>o</sup> patris: homo est lapis: q<sup>o</sup> est insensibilis. Exemplum  
2<sup>o</sup>: homo est lapis: q<sup>o</sup> est inabitantia. Vbi ex antecedenti fal-  
so sequitur consequenti verum; non quia antecedens falsum  
influat in veritatem consequentis; id quia sequela logica se-  
quitur tale consequenti, quod aliis habet in se veritatem,  
non cavatam ab antecedenti. id aliunde ei proveniente:  
Quarta regula est: ex impossibili sequitur quodlibet. Si ex hoc  
p<sup>o</sup> e impossibile: equus disputat, sequitur h<sup>o</sup> necessaria: q<sup>o</sup> est vi-  
vens: et erit h<sup>o</sup> impossibile: q<sup>o</sup> est rationalis: et similiter h<sup>o</sup>  
contingenti: q<sup>o</sup> loquitur. Quinta regula est: conclusio semper  
sequitur de bettere parte, hoc est: si antecedens, vel aliqua ex  
premissis est p<sup>o</sup> negativa, particularis; consequenti debet esse  
particulare, aut negativum. Vtrumq<sup>ue</sup> constat in hac argumentatio-  
ne: omnis homo e rationalis; id aliqui equi non est rationalis:  
p<sup>o</sup> aliqui equi non est homo. Alie regule, que adhiberi solent,  
omittuntur.

## Caput Secundum

### De Syllogismo.

#### Sui 1<sup>o</sup>. De quidditate, et divisione Syllogismi.

135r  
Præcipua et nobilior pars argumentationis est syllogismus; quia cum ar-  
gumentatio, ut ex nominis etimologia constat, arguat mentem ad  
assensum; hoc præcipue fit per syllogismum, in quo claritas,  
quæ in aliis argumentationis speciebus, veritas elucet. Def-  
finitur q<sup>o</sup> a<sup>o</sup> Philosophi 1<sup>o</sup> priorum cap. 2<sup>o</sup>: oratio in qua,  
quibusdam positis, aliud aliquid a positis ex necessitate ac-  
cidit per ea, que posita sunt: Que definitio positus et ex-  
plicatur a D. Alberto magno loco citato. tract. 1<sup>o</sup> cap. 1<sup>o</sup>.  
Oratio positus loco generis, et est idem, ac oratio argu-  
men-

argumentativa; nam argumentatio est generis proximi, et illius speciei  
 immediata est syllogismus: generis autem argumentationis est mo-  
 dus sciendi: et huius generis est oratio: Unde nisi intelligatur  
 oratio argumentativa, definitur syllogismus per generis re-  
 motius. Est quoque orationis argumentativa, est generis proximi  
 syllogismi, per quod convenit cum reliquis argumentatio-  
 nis speciebus.

136p

Reliquae particulae obtinent rationem differentiae,  
 et per eas a quocumque alio logico instrumento differunt sy-  
 llogismus. Particula quibusdam positum denotat, quod in sy-  
 llogismo debent poni duo pp<sup>ri</sup>, scilicet ordinatae, et dispositae,  
 quae praemissae dicuntur, et quarum 1<sup>a</sup> vocatur maior, et 2<sup>a</sup>  
 minor. Ex quibus aliud aliquid a positum, hoc est, restricta a  
 1<sup>a</sup> pp<sup>ri</sup> distincta a praemissis, quae quae conclusio vocatur;  
 ex necessitate accidit, hoc est, sequitur necessario, seu in-  
 fertur; per ea, quae posita sunt, id est, per praemissas arti-  
 ficiose dispositas, tanquam per causas conclusionis. Sic  
 explicatur praefata definitio a pro Doctore praecipitatore ex-  
 quo constat, quod totum artificium syllogismi est in hoc,  
 quod positum praemissis inferatur conclusio, quae negari  
 nequeat a concedente praemissis.

137p

De divisione syllogismi  
 percipiatur, scire oportet, quod cum sit complexus quoddam  
 rationis, debet constare materia, et forma. Materia est  
 id ex quo fit, et est duplex. Alia prima, scilicet, enuntiatio-  
 nes, ex quibus immediate componitur syllogismus; alia re-  
 mota, nempe, termini, ex quibus immediate enuntiationes,  
 et mediate syllogismus coalescit. Quid sit terminus sylla-  
 gisticus, diximus numero 2<sup>o</sup> ibi dicta recolite. = forma sylla-  
 gismi est: artificiosa dispositio materiae syllogisticae, et  
 tria est duplex, duplici materiae correspondenti. 1<sup>a</sup> vocatur  
 figura, et est: dispositio terminorum 2<sup>a</sup> debitam subiectionem,  
 et praedicationem. Secunda dicitur modus, et est: dispositio  
 praemissarum 2<sup>a</sup> debita quantitate, et qualitate. Quid  
 sit quantitas, et qualitas pro positionis, diximus nu-  
 mero 1<sup>a</sup> =

imper

138p

Insuper scire oportet, quod, ut ex dictis patet, quilibet syllogismus constat tribus propositionibus tantis, et similiter tribus terminis. 1<sup>a</sup> pp<sup>o</sup> vocatur maior; secunda minor; utraque vocatur premissa; quia premititur ad inferendam conclusionem; tertia autem pp<sup>o</sup> vocatur conclusio; quia totus discursus concludit. Ex terminis autem unus dicitur maior extremitas, alter minor extremitas; et aliter medium; hoc est terminus, qui ponitur in utraque premissa. Maior extremitas, est terminus, qui ponitur in maiori cu[m] medio; et minor extremitas terminus, qui in minori cu[m] medio ponitur. Ite[m] autem extremitates, coniuncte in premissis cum medio, debent coniungi inter se in conclusione. =

139p

Hic scire dividitur syllogismus ratione materię proxime in affirmativum, et negativum. 1<sup>us</sup> est: cuius conclusio est affirmativa. 2<sup>us</sup>: cuius conclusio est negativa. = Deinde dividitur in simplicem, et modalem. 1<sup>us</sup> est: cuius premissę sunt pp<sup>o</sup> de in esse. 2<sup>us</sup>: cuius altera ex premissis est pp<sup>o</sup> modalis. = 3<sup>o</sup> dividitur in categoricum, et hypoteticum. 1<sup>us</sup> est: cuius utraque premissa est pp<sup>o</sup> categorica. 2<sup>us</sup>: cuius una saltem premissa est hypotetica. = Dividitur 2<sup>o</sup>: in demonstrativum, seu analyticum; topicum, seu probabilem; et fallacem, seu sophisticum. 1<sup>us</sup> est, qui constat propositionibus necessariis. 2<sup>us</sup>, qui constat tantum probabilibus. 3<sup>us</sup>, qui constat propositionibus, apparenter veris, id realiter falsis. Ex his syllogismis 1<sup>us</sup> generat scientiam; 2<sup>us</sup>, opinionem. 3<sup>us</sup> generat errorem, q<sup>uod</sup> ex apparentia veritatis propositionum, oritur, ut circa conclusionem deceptatur intellectus. =

140

Ratione materię remote, seu terminorum dividitur syllogismus in logicum, philosophicum, theologicum, mathematicum, et sic de aliis; quia ex terminis cuiusvis scientię, et materia illius syllogismi formari possunt. Uterius dividitur in communem, et singularem. Communis est: cuius medium est terminus communis. Singularis; cuius medium est terminus singularis; et hic dicitur syllogismus explicativus; quia ad sensum exponit veritatem conclusionis. Uterius

Secus



Servus currit; sed Servus est homo: q̄ homo currit. Et notate, quod ut conse-  
quentia sit bona debet esse medium perfecte singulare, et incommu-  
nicabile alteri. si in communicabile sit, consequentia erit mala. Unde  
ista est heretica: essentia Divina est pater, essentia Divina est fi-  
lius: q̄ filius est pater. Pro divisione syllogismi ratione forme sit-

### Secundus

## De figuris, modis, constructione que Syllogismi.

191

Figura syllogismi, que, ut diximus, est forma, correspondens materię  
remote, triplex est: 1<sup>a</sup> est, in qua medium substituitur in maiori, et  
predicatur in minori. 2<sup>a</sup> est: in qua medium in utraque premissa pre-  
dicatur. 3<sup>a</sup> vero: in qua medium in utraque substituitur. Quod rōn  
hoc brevis vericulo declaratur.

Subpre 1<sup>a</sup>: 2<sup>a</sup> bis pre: 3<sup>a</sup> bis sub.

Modus ā, qui est forma, correspondens materię proxime, quique  
variatur circa dispositione quantitatis, et qualitatis pp̄, est mul-  
tiplex, iuxta multiplicem combinatione quantitatis, et qualitatis duarū  
premissarū. Sed quia non omnis dispositio, et combinatio utilis est,  
ad convincendum intellexū ad assensū conclusionis: ideo solum de mo-  
dis, ad hoc utilisibus agemus.

192

Hi q̄ modi iuxta communiore lo-  
gicorū, solum solum sunt decem, et novē, preter figuram distribu-  
ti, qui omnes modi hiis terminibus exponuntur.

- 1<sup>a</sup> fig. Barbara. Celarem. Darii. ferio. Baralipon.
- Celantes. Dabiti. Sapemo. frise somorum.
- 2<sup>a</sup> fig. Cesare. Camestres. ferino. Baroco. [3<sup>a</sup> fig.] Darapti.
- Elapton. Disamis. Darisi. Bocardo. ferison.

Ex quibus omnibus novem primi pertinent ad primam figuram.  
Quatuor immediate sequentes ad 2<sup>a</sup>: sex que ultimi ad tertiam  
pertinent.

193

Quilibet q̄ ex hiis modis habet ad minus tres vocales:  
si autem in aliquo plures inveniuntur, ponuntur ratione metri, solum  
in tres prime dexte vident. Quilibet autem vocalis, designat quan-  
titatem, et qualitatem pp̄, que ad efformandum syllogismū in tali  
modo

modo poni debet, iuxta explicationem illius verbi, dicitur a Seneca  
ut3 posit3. 1<sup>a</sup> autem vocalis cuiusvis modi designat maiorem,  
2<sup>a</sup> minorem, et 3<sup>a</sup> conclusionem. Ex omnibus autem modis, solum qua-  
tuor primi primae figurae dicuntur perfecti; quia perfecte  
manifestant veritatem conclusionis; reliqui autem omnes sunt  
imperfecti. Quinque ultimi primae figurae concludunt indirecte,  
et alii omnes directe. Concludere directe est, quod maior  
extremitas ponatur pro predicato in conclusione. Concludere  
indirecte est, quod maior extremitas ponatur in conclusione  
pro subiecto.

194

His omnibus regulis praecipiendi habitus, praeser-  
tiam illarum praxi hic ponimus syllogismi in qualibet fi-  
gura formatos. Et 1<sup>o</sup> pro directis primae figurae sit exem-  
plum in Barbara sic: omnis homo est animal; omne vi-  
sibile est homo; 2<sup>o</sup> omne visibile est animal. In quo tres  
pp<sup>ae</sup> habentur, et videtur tres terminos, scilicet homo, animal,  
et visibile. homo, 4<sup>a</sup> b<sup>is</sup> reperitur in praemissis est me-  
dium: animal est extremitas maior; quia in maiori est  
medio reperitur: visibile minor extremitas, quia invenitur in  
minori est medio. Medium homo subicitur in maiori  
et predicatur in minori; quia modus est primae figurae  
et quia triplex vocalis modi est a, omnes pp<sup>ae</sup> sunt  
universales affirmativae; et quia maior extremitas  
est predicatum in conclusione, talis syllogismus di-  
recte concludit.

195

Pro indirectis eiusdem figurae sit ex-  
emplum in Baralipron sic: omnis homo est animal; om-  
ne visibile est homo; 2<sup>o</sup> aliquid animal est visibile.  
Vbi praemissae sunt universales affirmativae; quia 1<sup>a</sup>  
et 2<sup>a</sup> vocalis est a; quia vero tertia littera est e, con-  
clusio est particularis affirmativa. Ergo in conclusione  
animal, quod est maior extremitas ponitur pro sub-  
iecto, ideo indirecte concludit. Exemplum 2<sup>e</sup> figurae  
sit in Celare sic: nullus homo est equus; id omne lin-  
nibile est equus; 2<sup>o</sup> nullum linabile est homo. Pro ter-  
tia figura accipere exemplum in Darapti: omnis  
homo

omni homo est rationalis; id est omni homo est visibilis: q<sup>o</sup> aliq<sup>o</sup> visibile est rationale. His exemplis consideratis, facile in certis modis syllogismos formabimus. =

### Caput Tertium. De principiis, et regulis Syllogismorum.

#### Sui Primus.

Principia, regulativa Syllogismi, expenduntur.

126) Duo sunt principia, in quibus tota ars syllogistica fundatur, quae cum innegabilia sint, manifestant innegabiliter veritatem cuiusvis conclusionis syllogismi recte formati. Haec autem principia clarissime manifestant veritatem conclusionis, quae fit quatuor modis perfectis primae figurae; ideo ut in omnibus modis appareat manifeste veritas conclusionis ex his principis, invenerunt Dialectici modum reducendi omnes syllogismos, in quavis figura formatos, ad quatuor modos perfectos 1<sup>ae</sup> figurae. tam de reductione, quae de his principis agimus: et quavis reductio ordinis prima sit; quia principia clara sunt, 1<sup>o</sup> de illis sermone instituemus. =

127) Primum principium est: dicti de omni: dicti de nullo. Prima pars est, dicti de omni deservit duobus modis perfectis affirmativis, Barbara, et Darii, et denotat quod, quid quid affirmatur de aliquo universaliter sumpto, debet affirmari de omni contento sub illo. Unde si quis negaret consequentiam huius syllogismi in Darii: omni homo est animal; id est Petrus est homo; q<sup>o</sup> Petrus est animal: convinceretur evidenter ex hoc principio in hunc modum: quid q<sup>o</sup> affirmatur de aliquo universaliter sumpto, debet affirmari de omni sub illo contento; id est Petrus continetur sub homine, de quo affirmatur quod est animal: q<sup>o</sup> recte de Petro, q<sup>o</sup> est animal, affirmatur. 2<sup>a</sup> pars dicti de nullo deservit modis perfectis negativis, nempe celare

celarem, et fectio, et innuit, quod quid quid negatur de aliquo, univer-  
saliter sumpto, debet negari de omni contento sub illo. Ex quo fa-  
cile ostenditur quavis conclusio negata, eodem propor-  
tionali modo, quo ex prima parte. =

146p

Secundum principium est:  
que sunt eadem unum tertio, sunt eadem inter se: ea vero, quorum  
unum est idem cum tertio, aliud vero non, non sunt eadem  
inter se. Prima pars deservit syllogismi affirmativi; et indi-  
cat, quod si utraque extremitas identificatur cum tertio,  
hoc est, cum medio: ipsae extremitates necessario identifica-  
tur inter se. = 2<sup>a</sup> pars, deservit modum negativum, mani-  
festat, quod si una extremitas identificatur cum medio,  
alia vero a medio distinguitur; ipsae extremitates neces-  
sario inter se distinguuntur. Quod patet in hoc syllogismo,  
facto in celarem: nullus homo est lapis: vel omne rati-  
onale est homo: ergo nullum rationale est lapis. In quo syl-  
logismo, si consequentia negetur, illam poterit manifesta-  
re hoc modo: ea, quorum unum est idem cum tertio, aliud  
vero non, non sunt eadem inter se: id rationale est idem cum  
homine, quod est medium, et lapis ab homine distingui-  
tur: ergo rationale, et lapis necessario distinguuntur inter  
se: ergo bona est consequentia, quod nullum rationale est  
lapis. =

Qui Secundus  
Traduntur regulæ observandæ pro recti-  
tudine Syllogismorum.

149p

Ut syllogismi regulentur per principia celata, aliquæ regulæ observari  
debent, quæ si deficiant, nec syllogismus erit bonus, nec per prin-  
cipia regulabilis. Prima regula est: quod syllogismus non  
constet plusquam tribus terminis. Ratio est; quia tota vis illius pro-  
incipii, quæ sunt eadem universalia consistit in hoc, quod ex iden-  
titate extremorum cum medio, inferatur identitas extremorum  
inter se.

interse; in quo solum tres termini esse possunt, nempe, duo extrema, et unum medium. Ex hac regula inferitur, quod in terminis syllogismi debent observari omnes proprietates logicales, de quibus legitur libro 2<sup>o</sup> cap. 4<sup>o</sup>. excepta suppositione, proveniente a significatione, quantificationibus pp<sup>is</sup>. Si autem hec proprietates non observentur, poterit aliquis terminus esse equivocaliter duplex, propter diversam suppositionem, sic que syllogismus erit virtualiter in quatuor terminis, ac ideo non rectus: sicut ire: omnis mus est animal; id syllaba est mus: 2<sup>o</sup> syllaba est animal. in quo syllaba supponit formaliter in maiori, et materialiter in minori. Et ex hoc constat, quod non debent poni termini equivoci; ideo que hic syllogismus est malus: canis latrat; id sydus est canis: 2<sup>o</sup> sydus latrat. ubi canis duobus terminis equivaleat. —

150p

Secunda regula est: quod medium

in aliqua premissarum debet complere divisibus; hoc est: debet accipi pro omnibus suis significatis. Ratio est; quia si acciperetur tantum pro aliquibus, poterit supponere, pro uno significato in maiori, et pro alio in minori; sic que erit virtualiter duplex terminus. Ut patet in hoc: homo est albus; id homo est niger: 2<sup>o</sup> niger est albus. Hec regula solum deservit syllogismo de medio communi; nam in expositivo medium debet esse perfecte singularare. —

tertia regula est: quod medium non ingrediarur conclusionem; quia artificium syllogismi stat in hoc, quod ex identitate medi<sup>i</sup> cum extremis, inferatur identitas extremorum inter se: Unde si medium ingredereetur conclusionem, deficeret hoc artificium; quia solum inferretur identitas alterius extremitatis cum medio. —

151p

Quarta regula est: nullus terminus

qui non fuerit divisus in premissis, divisus erit in conclusione. Ratio est; quia que non enunciatur identificata cum medio in premissis; non possunt enunciari identificata inter se in conclusione. — Quinta regula est: expressi negativi nihil requirunt; quia ex quo medium distinguitur ab utraque

extre —

extremitate, non sequitur neque identitas, neque distinctio extre-  
mitatum inter se. = Sexta regula est: ex partibus particularibus  
nihil sequitur. Ratio est; quia medium, ut diximus debet esse  
perfecte idem; esset autem virtualiter duplex, si omnes pre-  
missae essent particulares. = Ultima regula est: Conclusio se-  
quitur debiliorem partem: hoc est, si aliqua praemissa sit par-  
ticularis; conclusio particularis esse debet, et si negativa,  
negativa debet esse conclusio. Ab aliis regulis super sedemus,  
ne multitudo confusionem generet. =

## Caput Quartum De reductione Syllogismorum.

Sui Primus.

### De reductione per conversionem.

152p

Solum quatuor primi modi primae figurae, ut pore perfecti, ma-  
nifestant evidenter conclusionem; illamque reduunt immediate  
manifestabilem per prima principia. Ceterum omnes syllogis-  
mi aliorum modorum possunt reduci ad quatuor primos, ita ut  
vel eadem conclusio modi imperfecti manifestetur in modo  
perfecto, vel qui conclusionem imperfecti negavit, teneat  
concedere aliquid impossibile in vi reductionis ad perfectum.  
Ad hoc duplex adinventae sunt reductiones, una per impos-  
ibile, de qua postea; alia per conversionem, de qua nunc  
et est: illa, qua syllogismi imperfecti reducuntur ad perfectos  
per conversionem aut transmutationem praemissarum. =

153p

Sciatis ad quem modum, quilibet syllogismus est reducendus, no-  
tate, quod omnes modi innitiuntur aliqua ex his consonanti-  
bus: B. C. D. F. quae litterae sunt innitiales quatuor modo-  
rum perfectorum. Modus quoque imperfectus reducendus est  
ad perfectum eadem littera innitente, ut Barabipton

ad

Ad Barbara; Celare ad Celarem, et sic de aliis iuxta sequen- 32  
tes versum

Barbara Bredit: C consonans verte Celarem  
Darii D ducit: Fexio verrat F.

Insuper in quolibet modo imperfecto invenitur una ex his literis: P.  
P. M. C. P. denotat pp<sup>o</sup>, ipsa procedens convertendam esse simpliciter.  
P. convertendam per accidens: in transmutanda vice premissa, ita  
ut maior fiat minor, et contra. C vero, si non sit initialis, denotat mo-  
dum, in quo est non posse reduci per oppositionem, sed tantum per  
impossibile: quod totum sequentia carmina dicunt.

S. Vult simpliciter verri: P. vero per accidens:  
m. Vult transponi: C per impossibile duci.

152) Ut hoc clarescat exemplo recolite dicta de conversione num 111, et sequent.  
Et insuper advertite quod littera P in Baralipon 2<sup>a</sup> regula tradita,  
denotat, quod pp<sup>o</sup> consequens convertenda est per accidens; id quia est  
particularis affirmativa, que converti per accidens requirit; ideo littera P  
denotat, quod talis pp<sup>o</sup> debet fieri universalis affirmativa, ut Baralip-  
on reducatur ad Barbara. Sic exemplum in hoc syllogismo: omni  
homo est animal, omne rationale est homo: q<sup>o</sup> aliquod animal est ra-  
tionale: ubi si inferas: q<sup>o</sup> omne rationale est animal, que est con-  
vertens pp<sup>o</sup> illius particularis conclusionis, habebis conclusionem in  
Barbara. Exemplum pro reliquis modis accipite in tapetmo: om-  
ni homo est visibile; nullus equus est homo: q<sup>o</sup> aliquod visibile non  
est equus. Qui syllogismus, contra initiali, reducitur ad Fexio. Littera  
P post 1<sup>a</sup> vocalem denotat, maiorem convertendam per accidens: littera  
P post 2<sup>a</sup>, minorem convertendam simpliciter: littera M inquit,  
transmutanda ee premissa; quibus consideratis, sic illy reduces:  
nullus homo est equus; aliquod visibile est homo: q<sup>o</sup> aliquod visibile  
non est equus. Ubi eadem consequentia, que erat, in tapetmo, ma-  
nifestatur in Fexio.

Sic Secundus  
De Reductione Per impossibile.

155) Vidimus iam, quomodo eadem conclusio modi imperfecti, mani-  
festatur per reductionem ad perfectum; nunc ergo restat viden-  
du, quomodo teneatur concedere aliquod impossibile, qui negat  
conse-

consequentia modo imperfecti, concessi premisi. Hoc fit per reductio-  
nem per impossibile, quae ideo dicitur talis; quia in vi illius inferitur  
in modo perfecto contradictorium illius, quod erat concessum in  
imperfecto; unde qui consequentiam negavit tenetur concedere si-  
mul duas contradictorias; quae simul esse veras est impossibile.  
Ordo reductionis est hic: Primo inferitur contradictoria conclu-  
sioni negatae, quae ab adversario concedenda est; postea ex  
illa, et una ex praemissis concessis fiunt praemissae syllogismi per-  
fecti; ex quibus necessario inferitur pro conclusione, contradicto-  
ria, vel contraria alterius praemissae concessae. Ut autem veritasque  
praemissa poni debet eum contradictorio conclusionis negatae; se-  
quentes autem veritas.

Maiores fit minor, et fit contradictio maior  
Dempro Celantes, in quo pervertitur ordo.  
Servat maiorem, variat quae secunda minorem.  
tertia maiorem variat, servat quae minorem.

156

Quorum veritatem intelligentia haec est: in prima figura contradic-  
toria conclusionis negatae ponitur pro maiori; pro maiori, pro  
minori; ex quibus inferitur contradictorium, et contrarium mino-  
ris concessae. U.g. fiat syllogismus in Baralipson sic: omnis homo  
est animal; id omne rationale est homo; quod aliquod animal est  
rationale; quae consequentia, si negetur; debet inferre etiam  
contradictoria sic: nullus animal est rationale, et pone illam  
pro maiori; et maiorem antecedenti syllogismi pro minori;  
ex quibus inferet consequentiam in Celantes hoc modo: nullum  
animal est rationale; id omnis homo est animal; quod nullus homo  
est rationalis; quae pro ultima, si convertatur simpliciter  
sic: nullus rationale est homo, erit contraria minori con-  
cessae; si vero convertatur per accidens sic: aliquod rationale  
non est homo, erit contradictoria eiusdem minori. Habetur  
regula pro prima figura excipitur Celantes, in quo  
contradictoria ponitur pro minori, minor pro maiori; ex  
quibus inferitur in Darii contradictoria maiori concessae.

157

in se  
cunda figura, stante eadem maiori, ponitur pro minori  
contra



contradictoria; inferitur que contradictoria, vel contraria minori con-  
 cepti. ut patet in hoc syllogismo in Baroco: omni homo est animal;  
aliqui lapis non est animal; 2<sup>o</sup> aliqui lapis non est homo. Contra-  
 dictoria huius est: omni lapis est homo, que si ponatur pro  
 minori, servata maiori. syllogismi, inferitur contradictoria mi-  
 nori in Barbara sic: omni homo est animal: omni lapis est  
homo: 2<sup>o</sup> omni lapis est animal. = in 3<sup>a</sup> figura contradictoria  
 conclusionis fit maior, minor relinquitur, et inferitur contra-  
 dictionem maiori. Accipite exemplum in Bocardo: aliqui homo non  
est equus: omni homo est animal: 2<sup>o</sup> aliquid animal non est equus  
 quod sic reduitur: omne animal est equus, que est contradictoria  
 conclusionis; id omni homo est animal, que est minor anteceden-  
 ti syllogismi: 2<sup>o</sup> omni homo est equus; que conclusio in Barbara  
 est contradictoria maiori, conuenit in Bocardo. =

156p

Sed ut facilius sci-

ant, ad que modum perfectum, imperfectum reduci debet per impossibile; has  
 quatuor dictiones observate: nesciebam; odiebam; terareromanus. Quorum  
 1<sup>a</sup> dicitio quinque vocales habet, pro quinque modis imperfecti prime  
 figure. secunda quatuor pro modis 2<sup>e</sup> figure. et vltima, sex pro  
 modis 3<sup>e</sup> figure. 1<sup>a</sup> & 2<sup>a</sup> vocalis cuiusvis dictionis correspondet 1<sup>o</sup>  
 modo, 2<sup>a</sup> 2<sup>o</sup>, et sic de aliis. igitur vocales, conuenit in his dictioni-  
 bus sunt littere finales atque modi perfecti. Modus 2<sup>o</sup> imperfec-  
 tus reducendus est ad perfectum, cuius vltima vocalis est eade, cum  
 illa, que ei ex propria dictione correspondet. Quod patet in  
 exemplis supra positis. ha Baralipron reduimus ad celarem, q<sup>a</sup>  
 illi correspondet 1<sup>a</sup> littera e, 1<sup>e</sup> dictionis. Baroco, et Bocardo re-  
 duximus ad Barbara, q<sup>a</sup> 1<sup>o</sup> correspondet littera a in odiebam, et  
 2<sup>o</sup> eadem littera in Romanus, et hec de reductione syllogismo-  
 rum dicta sufficiant. =

Caput Vltimum.  
 De Falaciis.

1<sup>us</sup> Unicus. Tredecim falacie expenduntur.

159p Cognito recto modo construendi syllogismum, ut veritas per illos mani-  
 festeretur; restat cognoscere defectus syllogismi, ut error, et falacia  
 vitentur.

vitentur. Exemplum q<sup>o</sup> capere poterit esse syllogismus defectivus, scilicet, ex forma, ex voce, et ex re significata. De defectibus ratione forme syllogisticis satis dictum est, dando regulas, pro recto syllogismo. Defectus autem, qui ad vocem, et rem significatam pertinent, iuxta communem sententiam Aristotum, sunt tresdecim; sex ad vocem, et septem ad rem significatam pertinentes.

160

Prima q<sup>o</sup> fallacia pertinet ad vocem est equivocatio, et est: error proveniens ex eo, quod in premisso ponitur terminus equivocus. V.g. Leo habitat in silva; sed Christus est leo: q<sup>o</sup> Christus habitat in silva. Vbi leo equivoco sumitur. = 2<sup>a</sup> est: ambiguitas. et est: error oriens ex eo, quod aliqua premissa habet duplicem sensum. V.g. Omnes episcopi sunt homines; sed isti canes sunt episcopi: q<sup>o</sup> isti canes sunt homines. = 3<sup>a</sup> est variatio accentus. et est error, ex diversa pronuntiatione oris. V.g. Qui occidit, debet puniri; sol occidit: q<sup>o</sup> sol debet puniri. = Quarta est: compositio, et divisio. et est error proveniens ex mutatione sensus compositi in divisum, vel divisi in compositum. Exemplum 1<sup>o</sup>: quingque sunt duo, et tria: q<sup>o</sup> quingque sunt duo. Exemplum 2<sup>o</sup>: currens poterit quiescere: q<sup>o</sup> possibile est quod currens quiescat.

161

Quinta est variatio litterarum. et oritur ex diversio sensu et significatione ex diversa scriptura oris. V.g. quod hamatur hamo capitur; vinum amatur: q<sup>o</sup> vinum hamo capitur. = Sexta est: figura dictionis; et est: error oriens, vel extranitu unius generis grammaticus in aliud, committendo tolesimum; vel extranitu unius predicamenti in aliud; vel extranitu unius speciei in aliam eiusdem generis. Exemplum 1<sup>o</sup>: substantia alba est colorata; id Papa est substantia alba: q<sup>o</sup> Papa est colorata. Exemplum 2<sup>o</sup>: quod heri fuisti et hodie; id heri fuisti novicius: q<sup>o</sup> novicius et hodie; in quo fit transitus a substantia in qualitate. Exemplum 3<sup>o</sup>: Digitos, quos olim habebas, habes nunc: id olim habebas digitos parvos: q<sup>o</sup> nunc parvos habes: in quo fit transitus de una specie qualitatis in aliam.

162

Septima fallacia, et 7<sup>a</sup> ex pertinentibus ad rem significatam, vocatur accidentis. et est: error oriens ex eo, quod id

quod convenit duo bus per accidens, applicatur uni simpliciter. V.g. hic canis est pater; hic canis est rursi q<sup>o</sup> est pater rursi. = Octava est a dicto 2<sup>o</sup> quid, ad simpliciter; est que: error oriens ex eo, quod applicatur alicui absolute, id, quod solum illi cum adito convenit. V.g. Ethiopi est albus 2<sup>o</sup> dexteri: q<sup>o</sup> Ethiopi est albus. = Nonna est contradictionis oritur que, ex eo, quod non contradictio amittitur ut contradictio. V.g. Petrus currit; et non currit velociter: q<sup>o</sup> currit, et non currit. = Decima est petitio principii, et committitur quando ad aliquod probandum assumitur pro principio idem, quod probandum est. Ut animal rationale currit: q<sup>o</sup> homo currit. = Undecima est: coniequerit; quando nempe, arguitur convertibiliter in hi que non convertuntur. V.g. Qui currit, movetur: q<sup>o</sup> qui movetur currit. = Duo decima est: non cavet, ut cavet: oritur que ex eo, quod tribuitur effectus illi, a quo non cavetur. V.g. non est utendum eo, quod inebriat; sed vinum inebriat: q<sup>o</sup> non est utendum vino. = Ultima est plurius interrogatorum ut unius; et datur, quando ad plures interrogaciones solum exigitur una responsio. V.g. si interrogaveris: mel, et fel sunt dulcia? si respondeat affirmative inferatur: q<sup>o</sup> fel est dulce: si negative: q<sup>o</sup> mel non est dulce: Duplici q<sup>o</sup> responsione vitabitur hanc fataliam. Et hec de toto tractatu sumularum dicta sufficiant; iam non ad difficultiora certamina procedat tempus. Interim.

Hec (Charissimi mei) cedant in Dei. O. m. omnipotentis gloriam, et honorem. Cedant iterum in sanctissime Virgini Marię matri Eesu desponsate Joseph, cuius miterit hodie festa percolimus, honorem, et laudem. Cedant in super in laudem sanctissimi Apostoli Barnabe; nec non utriusque parentis, Augustini, et Herberti; et etiam Doctoris Angelici D. Thomę Aquinatis: Omnium que Celicolarum. Cedant q<sup>o</sup> ut toto corde opto, et desiderio in vestram utilitatem, Debentque nostre candidę familie.

*[Faint, illegible handwriting covering the majority of the page]*

Tabula institutionum <sup>h</sup> Logicalium.

35

Prævium notabile ubi de  
operationibus intellec-  
tus agitur. — — fol. 01

Liber 1<sup>us</sup> de 1<sup>a</sup> operatione — fol. 02

cap. 1 de Definitione signi — ibidem.

De divisione signi — fol. 3

cap. 2. de termino — fol. 4

De vocibus non significativis et  
extra propositionem — fol. 5 et 6.

De divisione termini — fol. 6 eadem.

Caput 3. de Nomine — fol. 7.

caput 4. de Verbo — fol. 7.

Liber 2<sup>us</sup> de 2<sup>a</sup> operatione.

Capit de oratione — fol. 10

Cap. 2 de modo sciendi. f. 11

De Diffinitione — ibidem

De Divisione — fol. 12.

Cap. 3 de Enunciatione. fol. 13.





UVA.BHSC





UVA.BHSC



UVA.BHSC

S/

UVA.BHSC







41

UVA.BHSC

INDIANA

Indiana, the great Westward

Indiana

Indiana

Indiana

PROCELV

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



1

# DISPUTATĒ S. 43

In Logicam magnam iuxta Aristotelis & Divi

Thomæ Communem

que  
Thomistarum

Sensum.

## PRŌŒMIUM<sup>M</sup>

Inventa tam mentis acie dialecticis præceptis, ad ardua, magna que certamina, in logica magna inveniunda nos provocat tempus. Iter certe, charissimi, difficillimum agredimur; profundam namque, et quasi horridam specum, prominentium undique difficultatum iugiter consepultam, in vestigare tentamus; sed certe per tam invium iter, utilem, nobilissimum que terminum, et scopum respiciamus. Logica in, cuius provinciam peragrandam agredimur est ars artium, aiebat Petrus Hispanus, disciplina que disciplinarum; et recte quidem sic commendatur; ipsa in, teste præ excellentio Sane Augustino, sola docet dicere; in hac scriptura ratio demonstrat; sola sit scire; sola que scientes facere potest. Quapropter recte Cicero ait, quod ipsa est veri et falsi quasi disceptatrix, et index, res namque latentis pandit; occultari natur, et detegit; de reita iudicat, disponit, et ordinat. ordinata probat; probata denique ab impugnationibus ructur, et protegit: ipsa est, que mentem dirigit, ne erroribus obreneretur; sine ipsa ceteræ scientiæ informem, quendam modum, innumeris confusionibus obruta

habere; cum ipsa vero miram pulchritudinem, pulcherrimumq[ue]  
ordinem adspiciuntur: Et si q[ui]s ita capere difficillima; non est  
cur eius difficultas vos terreat; si tam utilis ab omnibus pro-  
dicatur. Accipite q[ui] frater meus has logicas disputationes  
legi: ipsius logica amor ad laborem vos provocet; si enim  
cervarum, omnes quidem currunt, et unus accipit bravium,  
ut ait Apostolus, quanto magis vos currere per logicę stu-  
dium deberis, cum omnes comprehendere possis: sic q[ui]  
currere omnes, ut comprehendantur. Nemo itaque despe-  
ret; nemo se inhabilem reputet; id omnes uno animo  
Deum O. M. pro vobis profectu impetret; omne e-  
nim donum perfectum de sursum est, a Patre lumi-  
num descendens; sic in, que in Dei nomine incepi-  
mus, in vestram utilitatem feliciter absolvemus. Sic

## Disputatio prima De Proemialibus Logicę.

1  
Præquam perago logicę disputationis immergamur, aliquid de ipsa  
logica prælibari oportet. Dari logicam, nemo sane mentis negavit; ideo que  
adhuc probatorem admittimus. Logicam Deus in prima rerum condicione  
infudit Adamo; sicut et ceteras sententias. Postmodum vero indefesso labo-  
re eam homines comparaverunt; inter quos Aristoteles Stagiritæ Per  
hyparentiosy princeps, ea præ ceteris illustravit, et auxit. Definuntur  
autem logica communiter sic: facultas indagandi veritatem; et di-  
viditur in naturalem, et artificialem. 1<sup>a</sup> est: facultas dicendi in-  
dita a natura, qua homines enig rudes sine ulli præcepti, ali-  
quatenus ratiocinantur. 2<sup>a</sup> est: facultas studio comparata com-  
pletenti præcepta, quibus mens ad recte ratiocinandy dirigitur.  
Et de hac solum loquimur in presenti; prima in, ut pote a  
natura indita nec doceri, nec acquiri studio potest. =

2  
Secundo  
Dividitur logica in doctrinam, et usum. 1<sup>a</sup> est: que tradit regu-  
las, et præcepta ad arte facta logicalia formanda. 2<sup>a</sup> est:  
que prædicta arte facta format regulis, et præceptis utendo.

U. g. cu cogitamus proprietas, tradimus regulas pro bona definitione, quod  
 scilicet debet contrariu venire, et differentia, et sic de aliis; tunc logica docentur  
 habemus; U. g. uo his regulis utimur; ut cu definimus hominē per animal  
 rationale, habemus logicam utentē. Hi notari, varias difficultates ex-  
 citant. Ad in hac proemiali disputatione circa necessitatem, qualitatem,  
 unitatem, obiectum, et alia ad logicam pertinentia, sed cu in omnibus in-  
 narari non liceat, sola de utilioribus agemus, et licet plures ab illius ob-  
 iecto inveniuntur; nos prius de necessitate, et qualitate illius age-  
 mur; ultimo loco de obiecto determinaturi. *ditiam.*

**Questio Prima**

**Utrum logica sit necessaria ad alias scientias  
 adquirendas?**

**S<sup>us</sup> Primus. Quaedam notabilia prelibantur.**

3

Pro resolutione dubii nota 1<sup>o</sup>, quod in presenti non loquimur de logica  
 naturali; hanc in se simpliciter necessariam ad alias scientias, nemo dubitat.  
 2<sup>a</sup> hęc est ipsum lumen naturale intellectus, ratione cuius naturaliter discur-  
 rimus; unde de sola logica artificiali preedit dubium. Nota 2<sup>o</sup>: quod neces-  
sarium dicitur aliquid dupliciter, scilicet, simpliciter, et 2<sup>o</sup> quid. Necessarium  
 1<sup>o</sup> modo est illud, sine quo finis consequi, aut res fieri non potest. Sic oculus  
 est simpliciter necessarius ad videndum. Necessarium 2<sup>o</sup> quid, est illud, sine  
quo finis consequi potest absolute, sed melius, et commodius consequitur cu  
illo. Sic equus est necessarius ad iter agendum; 2<sup>a</sup> sine illo potest quis iter age-  
 re; sed melius iter ager cu illo.

4

Nota 3<sup>o</sup>: logicam esse valde utilem ad reliquas scien-  
 tias comparandas, ut experientia ipsa demonstrat; et omnes communiter fa-  
 rentur: Unde etia er ceteris, ipsa esse necessaria 2<sup>a</sup> q<sup>a</sup>. Experimus in, quicumq<sup>ue</sup>  
 facilius alias scientias adquirere, si bene logica intellexit. Soly q<sup>o</sup> loquimur  
 in presenti dubio de necessitate logicę simpliciter = Nota 2<sup>o</sup>: q<sup>a</sup> scientia 2<sup>a</sup>  
 Phisicorum 1<sup>o</sup> port. cap. 2. sic definitur: habitus certus, et evidens per demonstrationē  
adquisitus. Unde quilibet demonstratio artificialia generat habitum scientię;  
 et 2<sup>o</sup> quod plures, et pauciores demonstrationes ab aliquo fiunt inveniuntur in  
 illo perfectiori, et imperfectiori modo scientia. Quo intelligendo.

5

Nota quin-  
 to; quod in assignanda perfectione scientię variant aurores. Quidam  
 in duplicem statum scientię tantum assignant, perfectum, videlicet  
 et imperfectum. Imperfecte haberi scientiam dicunt, quando  
 habetur per unam, vel alteram demonstrationem. Perfecte vero  
 dicunt

diunt haberi; cum intellectus non solum sit facilis circa plures, vel  
fere omnes demonstrationes; id etiam adpūctur plene obiecti  
notitiam; et ab erroribus, impugnationibus que circa conclusio-  
nem se faciliter defendit. sic mag<sup>r</sup> Ioannes a s<sup>ro</sup> thoma cum  
aliis thomistis. =

67  
Alii triplicem statum scientiæ distinguunt, scilicet,  
substantialiter imperfectum: substantialiter perfectum: et sub-  
stantialiter, et accidentaliter perfectum. In primo statu habe-  
tur scientia, cum scientiæ cognitio se extendit ad unam,  
vel alteram ipsius conclusionem. in secundo statu habetur;  
cum se extendit cognitio ad plures, vel fere omnes ratiōni-  
cariæ conclusiones; et Denique in tertio statu habetur; cum  
quis non solum sit omnes conclusiones; sed sit etiam promp-  
tus ad syllogizandum in omnibus ad solvendum obiecta; ad  
dignoscendas fallacias, errores que vitandos. sic Collegium  
Divi thomæ Complutense. hic questione 1<sup>a</sup> articulo 1<sup>o</sup>.  
Mag<sup>r</sup> Froilan, et alii thomistæ, etiam ex notis in su-  
is manuscriptis inter quos illi, et P<sup>ri</sup>mus Dominus D. fr.  
Ioseph. Stephanus de Horiega, quondam nostre congre-  
gationis in clitum caput, et decus, postque episcopus  
celsonensis. =

7p  
Alii suppositis plures circa hoc dubium ver-  
santur sententiæ. Prima avertit logicam esse simpliciter  
necessariam ad quamlibet scientiæ, in quocumque statu  
comparandam. sic plures thomistæ cum sap<sup>mo</sup> Soto  
Secunda per oppositum docet, nullatenus esse necessariam,  
sic communiter Patres Societatis Iesu, et novissime  
mag<sup>r</sup> Aquilera Eremita aquiritanus, referens pro  
illa præ excellentiam Saxonis Augustinum, plures que thomi-  
stæ. 3<sup>a</sup> docet logicam esse simpliciter necessariam ad aliam sci-  
entiam in 2<sup>o</sup> statu, non vero in 1<sup>o</sup> adquirendas, sic plures  
thomistæ. Quarta denique solum ad scientiam in 3<sup>o</sup> statu ad-  
quirendam logicæ necessitatem simpliciter adstruit. sic Collegi-  
retary, et plures alii, cum quibus sit. =



3

Secundus.

Prima conclusio Statuitur.

45

69 Logica non est simpliciter necessaria ad scientias in statu substantia-  
liter imperfecto, nec etiam perfecto adquirendas. Probatur primo  
conclusio quoad 1<sup>am</sup> partem ex phoso 9<sup>metaph.</sup> text. 3 dicente: ad-  
dicenti artem operatur opera artis sine arte. huc verba sic  
explicat D. th. ibi text. 3 dicens: in ipsa ratione naturaliter pre-  
insunt, quedam semina, et principia scientiarum, virtute quorum  
potest homo aequaliter exire in scientiam, et virtutem actu; ante-  
quam habeat habitum scientiam, et virtutem; quo adeptus, perficere ope-  
ratur. 2<sup>o</sup> xa D. th. antequam homo habeat scientiam habitum potest  
exire in scientiam actu, virtute principiorum naturalium sic:  
sed per actu scientiam acquiritur scientia, quo ad substantiam sub-  
stantiam imperfecte: 2<sup>o</sup> virtute principiorum naturalium, absque logica ar-  
tificiali, potest scientia in statu substantia-liter imperfecto ad-  
quiri.

95 Secundo probatur eadem conclusio ratione brevis, sed ef-  
ficaci. Logica artificialis communiter admittitur, ut scientia; sed  
hec acquiritur in statu imperfecto, quoniam precedat cognitio ip-  
sius: 2<sup>o</sup> simili modo, quoniam precedat cognitio logicæ, poterit alia  
que libet scientia in tali statu adquiri. Consequentia est legiti-  
ma; eadem enim, imo multo maior difficultas aderit in adqui-  
sitione logicæ, que abs dubio aliam scientiam difficilius est. Max  
est terra in communi sententia, quam infra late probabimus  
quest. 2<sup>a</sup> per totq. minor etiam est evidens; ad primam enim  
demonstrationem, per quam logica acquiritur, impossibile est,  
quod ipsa logica pre-supponatur; nisi enim suum primum esse  
precedat: et aliam etiam daretur processum in infinitum.

107 Respondent contrarii; quod non est eadem ratio de logica, et alia scien-  
tia; logica enim est ratio formalis acquisitionis scientiam; 2<sup>o</sup>  
in autem unius rationis formalis non datur alia, requiritur,  
quod non est necessaria logica ad sui ipsius acquisitionem; et  
vero necessaria ad alias scientias adquirendas. Quod patet  
exemplo lucis, que est ratio formalis, et ipsam, et alia videat  
mibi.

videamus; et ideo quamvis necessario presupponatur ad alia obiecta videnda, non presupponitur ad sui ipsius visionem. — Sed contra est; logica enim ante sui acquisitionem, non poterit esse ratio formalis acquisitionis sui ipsius; quia nullo modo presupponitur; quousque autem causa, sive ratio formalis ad suum effectum presupponi debet. Unde logica non est ratio formalis acquisitionis sui; sed per primam demonstrationem acquiritur virtute luminis naturalis; et eodem modo possunt reliquae scientiae sine ipsa adquiri virtute eiusdem luminis. Hec facit exemplum de luce; est enim manifesta disparitas. Quia lux presupponitur existenti, et ad sui, et ad aliorum visionem; cum prius sit dandi lucem, quam ipsam, et alia videri. Logica vero non datur ante demonstrationem, per quam acquiritur. —

Quoad 23

partem probatur conclusio ratione: ad scientiam in statu substantialiter imperfecto adquirendam non est simpliciter necessaria logica: quod nec ad illam in statu substantialiter perfecto adquirendam. Antecedens iam probatum est. Sub consequentia: scientia habetur in statu imperfecto, cum demonstratur una, vel altera conclusio illius; et in statu perfecto cum demonstrantur plures, vel fere omnes; sed qui potest unam, vel alteram demonstrare sine logica, potest etiam demonstrare omnes: quod si ad scientiam in statu imperfecto consequentia est legitima. Maior conicitur ex prenotatis. Minor vero probatur sic: qui potest ad maius, iuxta commune axioma, potest ad minus; sed maior difficultas est in prima conclusione demonstranda, quam in reliquis sequentibus: quod consequentia est bona. Maior contra: minor vero probatur sic: Ad primam demonstrationem nullus presupponitur habitus scientificus; ad reliquas vero presupponitur habitus per primam demonstrationem generatus: sed habitus dat facultatem ad exercitium proprium; facilis enim est cum habitu operari, quam sine illo.

Deinde probatur eadem minor auctoritate velata d. thomae dicentis: potest homo exire in scientiam, et virtutis actum, antequam habeat habitum, quo adeptus perfectus operatur: quod et tenet d. th. adeptus habitum scientiae homo per

115

125

2

perfecte operatur. Nam subsumo sic: sed per primam demonstratio-  
nem, seu per primum actum scientiæ adquiratur habitus: & de-  
monstrata prima conclusione sine logica, potest homo similit-  
er in scientia perfecte operari: & sine logica artificiali, facili-  
ter demonstrabit reliquas conclusiones, quam primam. Utraque  
consequentia est certa, et minor subsumpta traditur a D. Thoma  
1a 2e quest. 87 art. 3o.

138 Respondetur contrariis: quod, quamvis demon-  
strata prima conclusione, adquiratur habitus, redaturque in-  
tellectus promptior ad alias conclusiones eiusdem dispositionis, et  
difficultatis; potest tamen occurrere aliqua ita difficilis, ut in-  
tellectus sine logica illam demonstrare non valeat. Sicut patet  
in virtute corporis; que licet possit unam, immo, et plures  
infirmitates superare sine adiutorio medicinarum; non tamen  
potest omnes; occurrere enim potest infirmitas ita gravis,  
quod virtus corporis se sola ad illam expellendam non suffi-  
ciat.

148 Sed contra est: difficultas maior, que potest occurrere in relata  
conclusionem, vel esset formalis, vel materialis: si primum: non  
potest tolli per logicam; quia difficultas formalis ab exteriori  
habitu ad logicam spheram non pertinet: si materialis  
est: nullatenus est logica necessaria ad illam vincendam; suffi-  
cit enim perfecta cognitio materialis scientiæ adquirendæ,  
ad que cognitionem habitus logicæ non concurrat: nunquam  
necessitas logicæ adiuvare poterit. Melius est, quod ali-  
quis dicatur perfecte scienti, licet plures difficultates re-  
solvere non possit; cum etiam ille, qui logicæ scit plures dif-  
ficultates habeat, adhuc adiutorio logicæ sufficitur.

158 Exem-  
plum de virtute corporis nihil evincit; cum sit dispar ratio.  
Virtus enim corporis reperitur infirmitatibus debilitatur;  
intellectus vero reperitur animabus scientificis perficitur, et  
excolitur. Unde licet virtus corporis non sit sufficiens si-  
ne adiutorio medicinarum ad 23 v. g. infirmitatem propulsan-  
dam; virtus tamen intellectus fortior, et habilior reditur per que-  
cumque demonstrationem, ad alias sine logica efforman-  
das.

§us Tertius.

Statuitur Secunda Conclusio. ~

165 Ad scientias in statu substantialiter, et accidentaliter per-  
fecto adquirendas est simpliciter necessaria logica arifi-  
cialis. Probatur primo auctoritate Clementis Alexandrini lib.  
 8 Stromaty, ubi ait: est enim Dialectica veluti vallis qui-  
dam, ne veritas concilietur a sophistis. Ex quo sic: sicut  
 vallis, vel sepe cogit arboris non ut sint, sed ut sint tu-  
 te; ita alie scientie cogit logica; non ad esse substan-  
 tiale; sed ad hoc ut ab erroribus, et impugnationibus sa-  
 vantur; sed hoc pertinet ad illarum perfectionem acci-  
 dentalem: q<sup>o</sup> =

170 Secundo probatur conclusio ratione: ad scientiam  
 in statu substantialiter, et accidentaliter perfecto habendam  
 est necessarium scire omnes, vel fere omnes illius con-  
 clusiones; illas resolvere in prima principia; reducere in  
 logicam; cognoscere fallacias: actam de scire instrumenta  
 ad artificiosam rationandam necessaria; sed hec omnia a logi-  
 ca ministrantur, nec sine illa comparari possunt: q<sup>o</sup> Consequen-  
 tia est legitima. maior patet ex dicto numero. 6. et mi-  
 nor constat; logica in est facultas, in qua omnia verba  
 ex profeso tractantur; ut consideranti parebit. =

§us Quartus.

Argumentum contra utramque Conclusionem  
 satisfit.

180 Obiicitur 1<sup>o</sup> de conceptu essentiali scientie adhuc in statu im-  
 perfecto est rem per causam cognoscere; sed nullus sine  
 logica potest rem cognoscere per causam: q<sup>o</sup> Max est phi-  
 losophi. 1<sup>o</sup> part cap 2<sup>o</sup>. minor vero probatur: rem per cau-  
 sam cognoscere, est, cognoscere conclusionem aliter se habere  
 non posse, supposita veritate premiarum, illa que resolu-  
 vere vique ad prima principia; sed nullus sine adiu-  
 torio logicie potest cognoscere premias, et conclusiones  
 ex illis

ex illis inferri, hanc que in prima principia resolvere:  $\text{q}^{\circ}$  = confirmatur primo: que liber scientia adhuc imperfecte adquiritur per demonstrationem; sed demonstratio fieri non potest sine logica:  $\text{q}^{\circ}$  sine illa nec imperfecte scientia adquiri potest. maior est definitio scientie supra tradita.  $\text{q}^{\circ}$  minor: non potest fieri demonstratio ab eo, qui nescit, quomodo est facienda; sed hoc nequit sciri sine logica:  $\text{q}^{\circ}$  maior est per se nota. minor constat: sola enim logica inter omnes scientias tradit principia, et docet partes ex quibus componitur demonstratio. =

19

Confirmatur 2<sup>o</sup>: scientia etiam in statu imperfecto est habitus, sed habitus talis scientificus adquiri non potest sine logica:  $\text{q}^{\circ}$  minor: habitus ex natura sua est difficile mobilis a subiecto; sed sine logica faciliter amovetur homo ab aversu premito conclusioni, per quod generari debet habitus scientificus:  $\text{q}^{\circ}$  maior est nota; et minor constat:  $\text{q}^{\circ}$  qui nescit logica facile amovetur a quovis aversu, per aliquid paralogismum, cuius defectum sine logica cognoscere nequit.

20

Respondet ad argumentum negando minorem: ad cuius probationem nego etiam minorem. Nam sine logica potest quis cognoscere res per se, cognoscendo scilicet veritates premitarum, et conclusionem ex illis necessario inferri; ad cognoscendum in tali veritate nihil proficit logica; sed solum habitus scientie, in cuius materia fit demonstratio. Cum enim premitae sint principia, solum per se et illarum cognitio ad habitum curandae principiorum. Nec etiam est necessaria logica ad cognoscendum, recte conclusionem ex premitis inferri; sed ad hoc sufficit logica naturalis, seu lumen rationis: virtute cuius potest quis cognoscere quod, que sunt eadem uniter, sunt eadem inter se, in quo tota connectio premitarum et conclusionis fundatur. Et quod hec connectio in pluribus demonstrationibus possit lumine naturali cognosci experientia ipsa demonstrat; quilibet in etiam rudis ex hoc principio lumine naturae noto: totum est maius sua parte, inferre sic: sed hoc manifestum est parti universi:  $\text{q}^{\circ}$  universum est maius huiusmodi. Cui conclusioni evidenter aversatur cognoscendo veritates premitarum, et connectionem conclusionis cum illis.

21

Ex per hoc patet solutio ad 13 confirmationem; ad quam nego minorem: ad probationem distinguo maiorem: nequit fieri demonstratio ab

ab eo, qui non scit adhuc naturaliter, concedo maiore; artificialiter prohi-  
 ce, nego maiore, minore, et consequentia sub eadem distinctione. Licet enim  
 ad faciendam artificiosam demonstrationem, requiratur logica artificialis;  
 tamen ad faciendam demonstrationem absolute sufficit naturalis logica; me-  
 dia qua intellectui, qui naturaliter discursibus est demonstrationem fa-  
 cere potest. Quod patet a simili in Rustico, qui multoties ornate  
 loquitur sine regulis Rhetoricis; et eodem modo argumentationis eff-  
 ornat, regularum logicarum penitus ignarus. —

22

Sed instas: implicat de-

monstratio, que non sit artificiose facta: quod si per nos ad faciendam arti-  
 ficiosam demonstrationem requiratur logica artificialis; ad omne scien-  
 tia, per demonstrationem adquirendam, erit necessaria simpliciter. Con-  
 sequentia est bona, et antecedens patet: quod quilibet demonstratio  
 essentialiter includit dispositionem in modo, et figura iuxta regu-  
 las syllogismi; quod quidem est aliquid artificiale. — Sed dicitur  
 quando antecedens; que non sit artificiose facta parte, seu ex parte  
 ipsius demonstrationis, concedo ante: active, et ex parte facientis  
 nego antecedens, et consequentia; quia aliud est opus esse arti-  
 ficiosum; aliud vero artificiose fieri. Potest enim aliquid esse artifi-  
 ciosum; et fieri per actionem non artificiosam; hoc est: non directam  
 regulis artis. Quo pacto dicitur phosus loco citato, quod additum  
 arte, operatur opera artificiosa sine arte. Et hoc modo demon-  
 stratio, que est in se opus artificiosum, fit per actionem non arti-  
 ficiosam, sed pure naturalem; ut patet in exemplis adductis. —

23

Ad 2<sup>o</sup> Con-

trahe, concedo maiori, nego minore. Ad probationem digno minore: sine  
 logica faciliter amoveretur homo ab assensu per se nego minore;  
 per accidens, transeat minor, et nego cog. Ad probationem minori, ubi  
 dicitur; quod solum ad logicam pertinet cognoscere defectum para-  
 logismi, distinguo sic: quoad quidem, concedo: quoad an est,  
 nego propter solutionem est, quod sine logica potest cognosci syllogi-  
 smum esse defectuorum; licet non possit cognosci in quo defectus sit.  
 ratio est: quia, posita cognitione bonitatis consequentis inde-  
 monstratione, faciliter quis cognoscat syllogismum, oppositum probantem  
 defectuorum esse: Unde non concedimus absolute, quod quis sine  
 logica faciliter amoveretur ab assensu preterito conclusionis. et  
 licet

et licet facilliter amoveatur, hoc erit per accidens, non ex defectu habitus sci-  
entifici, sed ex defectu subiecti, qui illi conservare nescit; quod non tollit,  
quominus habitus vere sit scientificus, et ex natura sua difficile mo-  
vibili a subiecto. Quod patet in habitu fidei, qui ex natura sua est fix-  
us; et in homine rustico ratione subiecti, potest habitus fidei per  
aliquod sophisma dimoveri.

24

Obiicitur 2<sup>o</sup> contra 2<sup>am</sup> partem 1<sup>ae</sup> conclusionis, diffi-  
cilius autoritate M. P. Aquini lib. 2<sup>o</sup> de ordine cap. 13, ubi de logica ait:  
sola scilicet scire, sola scienter facere non solum vult, sed etiam potest; q<sup>o</sup> ex mente  
D. Greg. 9. P. sola logica scienter facere potest: q<sup>o</sup> saltem in statu per-  
fecto sine logica scientia adquiri non potest. Idem ex Aug. Greg. 10<sup>o</sup>  
p. cap. 1<sup>o</sup> dicitur: ars quaedam necessaria est, quae sit directiva ip-  
sius animi rationis, per quam homo in ipso actu rationis, facilliter or-  
dinatur, et sine errore procedat, et haec ut ars logica, q<sup>o</sup> ex mente D. Th.  
logica est necessaria ad procedendum sine errore. Tunc sic: sed proce-  
dere sine errore est necessarium simpliciter ad adquisitionem scien-  
tiae in statu perfecto: q<sup>o</sup>.

25

Respondeo, contra autoritatem M. P. dicens, 1<sup>am</sup> con-  
sequenti: sola logica scienter facere potest omnimoda perfectione, sic-  
do conq. perfectione propria substantiali, nego conq. Non in inven-  
ditur a Parente, admittere necessitatem logicam simpliciter, ad scientiam  
perfecte comparanda; sed ad summam maximam logicam utilitatem com-  
mendat. Quando q<sup>o</sup> ait, quod sola logica scienter facere potest, vel  
commendat utilitatem eius; q<sup>o</sup> sola logica modum sciendi scientifi-  
ce docet; vel si necessitatem illius admittit; solum loquitur de perfec-  
tione accidentali aliarum scientiarum; q<sup>o</sup> sola logica scienter facere potest  
omnimoda perfectione, ut diximus de 2<sup>a</sup>. Quod autem haec sit mens  
mag. P. patet ex eo, quod ipse notat de 2<sup>o</sup> expressit pluribus  
in locis, ut videre est in mag. Aquinensi lib. 1<sup>o</sup> log. q. 5 d. 1<sup>o</sup> et 3<sup>o</sup>.

26

Ad idem sumptum res, explicando mentem S. P. dicitur: ars quaedam necessaria est  
simpliciter, nego: 2<sup>o</sup> quid, recedo, et applicata distinctione consequenti  
concedo minime subsumptum, nego conq. sub eadem distinctione. Solutio  
collegitur ex ipsius verbis, ait enim: logica est necessaria ut homo fa-  
cilliter ordinatur, et sine errore procedat, ex quo autem requiritur  
ad sine procedendum, non inferitur necessitas eius simpliciter ad-  
hoc; quia etiam intellectus sine illa potest ordinari, et sine errore  
cedere. Quamvis autem facilius errat, qui logicam ignorat, hoc non ob-  
stat.

perfectiōni sciētię; alia in nullis adhuc ex logica perfecte sciēti  
 dicitur, cum plures logicam habentes in plures errores in-  
 cidant, ut patet in Aristotele, ipsius logicę, ut fertur, inventorē.  
 Hęc solutio colligitur ex sacro Doctore opusculo 30. quest.  
 1<sup>a</sup> ad 34, ubi dicitur, quare alogica inveniuntur in sciēti-  
 ā; et ipsa sit difficilior ceteris, ait: oportet alogica in  
 addicendo incipere; quia alie sciētię ab ipsa dependent. Ubi  
 verbis oportet non necessitate, sed convenientię, aut utilitatē  
 explicat; quatenus alie sciētię pendent alogica, ut facilius  
 adquirantur, et ut ultima perfectiōnem accidentalem habe-  
 ant.

27

Et certe innegabile est, si historicę, experientię que credi-  
 mus; logicę solum ad maiorem ornatum, et commoditatē aliarum sci-  
 entiarum conducere; ante inventionem enim eius plures sapienti-  
 um viros existisse, historicę declarant. Socratem in ignem  
 philosophię; Hippocratem que diverrimum medicum, penitus lo-  
 gicę ignorasse, referunt. Id quid immerito? Plures ego ipse exper-  
 tus sum, inenarrabilis soli diverrissimo tyco iurisperito celeb-  
 res; in utraque iure consumatos viros, qui non solum lo-  
 gicam perfecte non didicerunt, sed nec eam fere valuerunt.  
 Sit ergo logica utilissima ad alias sciētiās adquirendas; ceter-  
 arum necessaria ad earum perfectiōnem substantialem nullatenus  
 predicetur.

28

Obiicit ultimo contra veram conclusionem: logica  
 est habitus; sed nullus habitus est simpliciter necessarius  
 ad aliquid adquirendum: ergo nec logica ad alias sciētiās  
 adhuc quoad perfectiōnem accidentalem maior est cer-  
 ta; et minor probatur: habitus distinguitur a potentia in  
 eo, quod potentia dat simpliciter posse: habitus vero  
 solum dat facilitatem; sed quod solum dat facilitatem  
 non est simpliciter necessarium ad aliquid, sed ad iam-  
 mum est necessarium secundum quid: ergo habitus non  
 est simpliciter necessarius ad aliquid adquirendum.



29) Hoc argumentum bene perpensum probat efficaciter primam conclusionem; et nullatenus officit secundæ. Ad illud ergo respondeo, concessa maiori, distinguendo minorem: nullus habitus est simpliciter necessarius ad aliquid adquirendum quoad substantiam, concedo minorem: quoad perfectiorem accidentalem, nego minorem, et consequentiam: et ad probationem nego etiam minorem, et consequentiam sub eadem distinctione. Dicimus ergo, quod habitus certe solum dat facilitatem; sed cum facilitas ad dicendum in scientiis, ad detegendas fallacias, errores, que vitandos, pertinet ad perfectiorem accidentalem; est neccarius simpliciter habitus logicæ, ratem facilitatem tribuens. Sicut enim est necessaria simpliciter potentia ad simpliciter posse; sic necessarius est simpliciter habitus ad tribuendam hanc facilitatem, que est propria scientiarum in tertio statu. Unde argumentum probat, logicam non esse necessariam ad alias scientias quoad substantiam comparandas: quod autem non sit necessaria ad facilitatem propriam status accidentalis, nullatenus convincit.

## Questio Secunda

Utrum logica sit scientia, vel Ars?

S. Primus.

Quid sit scientia, et quid ars declaratur.

30) Homine scientiæ intelligimus facultatem, in intellectu residentem, ipsi que tribuentem facilitatem ad eliciendas demonstrationes. Duplex est autem scientia, habituális, nempe, et actualis. 1<sup>a</sup> est: habitus certus, et evidens per demonstrationes adquisitus. Secunda est: ars certus, et evidens, qui per

demonstrationem habitum. et hec in actuali demonstratione con-  
sistit; illa vero demonstrationem, per quam generatur, supponit.  
De utraque ut nobis sermo; sed cum resolutio unius pen-  
deat ex resolutione alterius, solum disputabimus: an logica  
sit scientia habitualis? ex quo manifestum fiet: utrum sit  
actualis, necne?

315

Per artem vero intelligimus habitu cum ve-  
ra ratione factum; sic enim illa definitur philosopho plau-  
simo sexto ethicorum cap. 2<sup>o</sup>. Artes vero magis v<sup>o</sup> 2<sup>e</sup> quest 5<sup>o</sup> arti-  
culo 3<sup>o</sup> ait, quod ars est: vera ratio operum faciendorum  
quia habitus artis rectificat intellectum ad opera facienda.  
Dicuntur autem pro nunc opera facienda, non solum ea, que  
fiunt per actiones externas, ut utere, secare, et cetera hu-  
iusmodi: sed etiam ea, que fiunt per actionem internam,  
quo pacto dicimus, quod intelligere est aliquid facere. Utra-  
que ergo actio ad artem pertinet; ceterum cum hoc dif-  
ferentia; quod artes, que exercantur per potentias corporis,  
et actiones transeunt in externam materiam, dicuntur  
artes mechanicę; quales sunt, in hoc versu contentę:

Pus. Hemus. Arma. Pates. Vulnery. Lana.  
Faber.

Hoc est: ars agricultiva: venatoria: militaris: nautica: chi-  
urgica: rectoria: fabrilis. Artes autem, que per po-  
tentias anime, et actiones immateriales exercantur, vo-  
cantur artes liberales. et huiusmodi sunt: Grammati-  
ca: Rectorica: Logica: Arithmetica: Musica: Geometria:  
et astrologia; que omnes hoc carmine significantur: =

Lingua. Tropus. Ratio. Numerus. Tonus.  
Angulus. Astra.

32

Ut autem aliqua facultas, seu habitus rationem artis obtineat, duas debet habere conditiones. Prima est, quod materia, circa quam versatur non sit determinata ad unum; sed sit indifferens, ut ab arte dirigatur, et determinari possit. Secunda est: quod regulæ illius sint certæ. Quia si certæ non sunt, materia illius non dirigetur arte, sed prudentia, aut alio habitu. His notatis (et habita præ oculis divisione logicæ in docentem, et utentem, quam dedimus numero secundo; de utraque enim præcedit questio) plures circa hoc dubium sunt sententiæ. Prima asserit, logicam nec ut docentem, nec ut utentem esse scientiam. Pro hac sententiâ referuntur Philoponus, Antonius alique antiqui Philosophi. Secunda asserit: esse scientiam adhuc ut utentem. Sic Thomasia de la Nava: Didacus a Jesu, Cabero inter ceteros, alique multi. Tertia denique mediâ viâ proceditur, asserens, logicam, ut docentem esse scientiam; non vero reduplicative ut utentem; ac de utraque asserit esse artem liberalem. Sic D. Th., quæ sequuntur omnes Thomistæ. Scotus etiam cum suis, et ut ait illustrissimus Mexicano Innocentius, episcopus quæ Vallisoletanus, hæc sententiâ est omnium recentiorum; cum quibus et nos mentem nostram duplici conclusione aperimus.

Sus. Secundus.

### Statuitur prima conclusio

33

Logica Docens est vere scientia; non vero reduplicative ut utens. Conclusio quoad primam partem est magni Sævis Augustini libro 2º de ordine, ubi dialecticam vocat exercitiam scientiam. Etiam ut Aug. mag. 1º posteriorum test. 2º ubi ait: logica idem est, ac rationalis scientia = Deinde probatur ratione: scientia est habitus, per demonstrationem admissus; sed talis est habitus logicæ docentis; qº. Pro minoribus: in materia logicæ fiunt plures demonstrationes; sed tales demonstrationes generant habitum logicæ; qº.

concl-

Consequentia est legitima. minor patet; quia demonstrationes, factae in materia aliquid scientiae generant habitum illius; sic enim, et non aliter generatur scientia.

34

Maiores autem probantur discurrendo per triplicem materiam logicam, demonstrationes scilicet, topicam, et sophisticam. Nam in 1a legitur vera demonstratio: syllogismus constanti praemissis certis, et evidentiis generat scientiam; sed huiusmodi est demonstratio: quae demonstratio generat scientiam. In parte autem topica similiter fit demonstratio scilicet: syllogismus constanti praemissis probabilibus generat opinionem; sed ratio est syllogismus topicus: quae generat opinionem. Similiterque factum in parte sophistica: quae in materia logica ex omni parte sunt plures demonstrationes.

35

Quoad secundam partem constat conclusio ex D. Th. 2o methaphis. 1c. 2 ubi dicitur: logica ut utitur recedit a modo scientiae. Ergo 2a D. Th. non est scientia. Patet consequentia; quia nihil recedit a modo generis, a quo constituitur. Deinde probatur ratione: logica reduplicative ut utitur non procedit modo scientifico: quod non est scientia. Pro antecedenti: logica ut utitur sollicitatur de constructione arte facti logicalis, secundum regulas, a logica docente prescriptas; non vero manifestat, quod sic construendum est: quod consequentia patet, quia procedere modo scientifico, est manifestare, seu demonstrare id, circa quod habitus veritatis. Confirmatur: quae licet scientia demonstrat proprietates sui obiecti; sed hoc non facit logica ut utitur: quod non est scientia. Pro minori: logica ut utitur supponit passionem demonstrandi a logica docente: quod. Antecedenti dicitur: ad logicam enim docentem pertinet tradere regulas ad constituendum syllogismum v. g., et syllogismi partes et proprietates demonstrare; et similiter contingit in aliis ad logicam obiectum pertinentibus.

S<sup>us</sup> Tertius.  
Occurritur objectionibus contrariis.

365 Argue 1<sup>o</sup> contra 1<sup>am</sup> partem 1<sup>ae</sup> ex Philo. 2<sup>o</sup> metaph. cap. 3<sup>o</sup> ubi  
ait: absurdum est simul querere scientiam, et modum sciendi. Ubi  
per modum sciendi intelligit logicam D. Th. ibidem: q<sup>o</sup> logica non  
est scientia. Parer consequentia; si in esset scientia, non esset absur-  
dum, logicam seu modum sciendi, et scientiam simul querere. = S<sup>o</sup>l<sup>o</sup>.  
explicando ph<sup>o</sup>sum: absurdum est simul querere modum sciendi, et  
scientiam, amodo sciendi distinctam, scdo: scientiam, que simul  
est modus sciendi sub distinguo: obiective; nego: subjective con-  
cedo autem, et nego eam. Igitur ph<sup>o</sup>sum in predicto loco proce-  
dit contra aliquos ph<sup>o</sup>so, qui logicam non debebant separare  
ab aliis scientiis, sed simul in illi indubitam ponebant: quod  
ideo absurdum esse asserit; quia cum ipsa logica modus sci-  
endi doceat, prius est illam scire, qua ad alias progredi. Vo-  
cat autem logicam modum sciendi, obiective solum; quia habet  
pro obiecto modum sciendi, cuius que quidditate explicat: ex quo  
infert, quod ut absurdum alias scientias querere; q<sup>o</sup> prius ad-  
catur scientia, que modus sciendi docet. Et notare, quod hoc non  
opponitur dictis in questu precedenti; q<sup>o</sup> ph<sup>o</sup>sum procedit ex  
suppositione, quod logica indubatur in aliis scientiis. =

Argue 2<sup>o</sup>:

logica non potest adquiri per demonstrationem: q<sup>o</sup> S<sup>o</sup>l<sup>o</sup> autem: logica prece-  
dit omnes demonstrationes; sed id, quod precedit aliud, nequit per illud  
aliud adquiri: q<sup>o</sup> S<sup>o</sup>l<sup>o</sup> maiore: sola logica docet facere demonstrationem:  
q<sup>o</sup> Parer consequentia; q<sup>o</sup> facultas docens facere aliquod opus; ad om-  
ne suum opus praeponitur, sicut causa ad sui effectum. = Ifirmat:  
Demonstratio est effectus logicus; sed nulla causa adquiri potest per  
sui effectum: q<sup>o</sup>

366 S<sup>o</sup>l<sup>o</sup> ad argumentum negando antecedenti: ad pro-  
bationem nego maiore: et ad illius probationem distinguo antecedenti: sola  
logica docet facere demonstrationem, artificiose, scdo: naturaliter,  
nego autem cog. Licet in sola logica doceat facere demonstrationem  
artificiose; t<sup>o</sup> sine illa plures demonstrationes fieri possunt, utru-  
ne luminis naturalit, ut probavimus questu precedenti. S<sup>o</sup>l<sup>o</sup> supponit  
q<sup>o</sup> logica ad omnes demonstrationes facta ex directione ipsius logi-  
cæ; sed subtrahitur ad demonstrationem, facta per logicam naturalem;

per qua generatur 1o habitus scientificus logicę artificialis, qui postea, reperitur actibus, augetur, et perficitur. Ex quo patet solutio ad affirmacionem; quia solus demonstratio artificialis facta ex directio-  
ne logicę, est effectus ipsius: non vero illa, per qua logica 1o  
adquiritur; hec in solus est effectus luminis, seu logicę naturalis,  
aut habitus primorum principiorum.

39p

Arg. 3o: logica in parte topica, et sophistica procedit probabiliter, et sophisticę; sed ratio p-  
cessus non est scientificus: q. 1o. Dignus maiorę: procedit probabili-  
ter, et sophisticę, ut docent, nego maiorę: ut utent, omni maiorę;  
et concessa minori, nego consequentię. Ratio est: quia in omnibus suis  
partibus procedit logica scientificę, quatenus docet regulas,  
et sui obiecti rationes demonstrat; licet enim doceat modis  
probabiliter et sophisticę, dignandi, eodem modo scien-  
tifico procedit in omni sua doctrina. Sicut in scientificę  
docet, et demonstrat rationes demonstrationis; ita scien-  
tificę demonstrat proprietates syllogismi probabilis,  
et sophisticę. Quod autem reduplicatiue, ut utent scientificę  
non procedat, non officit nobis, qui ipsa ut sic non esse  
scientiam auerimus. Quinimo nec hoc absolute concedimus;  
non enim iudicamus, quod logica ut utent procedit nec de-  
monstratiue, nec topice, nec sophisticę; sed nullatenus in-  
clinat ad alienum aliquid conclusionis; sed solum pro-  
cedit exequendo regulas, a logica docente preceptas, in quo  
non est processus demonstratiuus, nec topicus, aut sophisticus, ut  
constabit ex dicendis quest. 2. nuro 92.

90p

Sed inuitabil: silogica  
docet regulas conficiendi syllogismos probabiles, et sophisticę, incli-  
nat ad disputaciones probabiles, et sophisticę; id ratio inclina-  
tio est impropria scientificę: q. maior est certa, et non errat;  
nam syllogismus topicus, et sophisticus non conducunt ad scien-  
tia, sed ad opinionem, et errorem. -- Reso dignando maiorę: incli-  
nat ad disputaciones probabiles, et sophisticę, q. ad formas arti-  
ficiales, cedo maiorę: q. ad alienum, nego maiorę, minore, et  
consequentię. et ad probationem minori distinguo: syllogus  
probabilis, et sophisticus non conducunt ad scientia, primario,  
concedo: secundario, subdistinguo: non conducunt, quo ad al-  
ienum, nego: quoad formas artificiales silogisticę, ne-  
go.

41

52

Dicitur q<sup>d</sup> logica respicit illogicos probabiles, et sophisticos, in quan-  
 tum ad assensum qui generant id pro ut dicunt formam artificiosam  
 a, cuius regulas logica prohibet. Huiusmodi artificiosa respicit  
 alogica, in demonstratione primaria; et in reliquis illogicos  
 secundario, quatenus sibi conducat ad melius demonstrandum  
 demonstratione. incus in nosse ut demonstrationem inve-  
 niat, disponitur per probabilitatem; et ut fallaciam cavet  
 vel rari congrui e, quae scire formare illogicos sophis-  
 ticos; si in perficere cognoscit in quo defectus consistat,  
 ut errore vitare possit. Quod totum prohibetur a logica,  
 quae tanto perfectior scientia dici debet, quanto vir-  
 tiorei modis prohibetur ad veritatem demonstrandam.

42

2<sup>o</sup> contra secundam partem dicitur logica ut vult fieri demonstratione;  
 ad demonstratio e. actus scientiae: q<sup>d</sup> - Iffratur logica ut vult ac-  
 quiratur per demonstrationem ut per se parte parer, ad habitum per de-  
 monstrationem acquiratur e. scientia: q<sup>d</sup> - Iffratur 2<sup>o</sup>: logica docent  
 et vult in probabili sententia sunt idem realiter habitus: q<sup>d</sup>  
 si ut docent e. scientia, et q<sup>d</sup> ut vult parer eoa: q<sup>d</sup> ex duobus rea-  
 liter identificantur q<sup>d</sup> affirmatur de uno, affirmatur Aliam  
 de alio.

43

Respondet ad argumentum dicitur maiorem: facti demonstrationes  
 pure compositivae, secundo maiorem; scientificae, et resolutivae, nego ma-  
 iore; et dicitur magis demonstratio e. actus scientiae, per dicitur spon-  
 tione artificiosa; nego minore; per dicitur causa, et ratione tali spon-  
 tione secundo minore, et nego causa. Ad scientiam igitur pertinet scienti-  
 ficae facti demonstratione; hoc e. in sola tradere ratione, cui sta-  
 bilitur e. ad assensum conclusionis demonstratae; unde actus scientiae  
 defertur assensui qui per demonstrationes habetur. Nil a horum facti lo-  
 gica ut vult; id tantum compositivae formam artificiosam alogica do-  
 cente demonstrata; virtute cuius demonstrationis logica docent  
 actus, seu assensum scientificum obicit.

44

Ad 1<sup>o</sup> affirmationem dicitur magis  
 acquiratur per demonstrationem 1<sup>o</sup> nego magis; 2<sup>o</sup> secundo magis. et applica-  
 ta ditione magis, nego loq. Demonstratio in perquam generatur ha-  
 bitus logice 1<sup>o</sup> tendit ad generandum habitum docentem modis  
 contemplandi obiectum, et illius rationes demonstrandi; qui habitus  
 certe e. scientificus; id cum necessarium sit vult doctrine quae tali  
 habitus

habitus respicit, idem met habitus secundario inclinatur ad rationem  
 vii, in quo vii, cum non detur, id supponatur a sensu scientifi-  
 cui, deficit talis habitus a ratione scientie. Et per hoc patet  
 solutio ad 2<sup>am</sup> objectionem: licet in logica docens, et utens sint  
 unus habitus realiter, in virtualiter a parte, et fortiter pr-  
 ratione distinguuntur; habent in diversa munera, quorum unus  
 vult docere exercit per alios scientifici; uti vero per utrumque  
 fortiter, et ex propriis scientifici in e. sed de late agemus  
 quest. ~~reg. 1<sup>a</sup>~~

¶ Quartus.

Logicam esse artem liberalem probatur, et Deffen-  
 ditur.

45

Logica tan ut docens, quq ut utens e ars liberalis. Hec no est  
 exprua in angelico Di. pluribus in locis ubi loga vocat artem, et  
 precipue loco allegato nuro 24. Deinde probatur ratione: logica  
 e habitus cu vera ratione factibus: q e ars. 1<sup>o</sup> bo an: logica tradit ex-  
 tra, et determinata regular ad efformanda instrumta logicalia, et  
 reificat inuq ad hec opera faciendaj, q eoa orat: q e habitus per-  
 re patet. Quod a ut ars liberalis utiq e manifestum, q  
 exierunt opera logicalia pr actioni immanenti vult, per  
 operationes intellectus.

46

Obiecti 1<sup>o</sup> ex phoro sexto quitoru cap. 3  
 ubi numeram habitus, seu virtutes inuicem ponit: intelligentijs, capi-  
 entiam, scientijs, prudentijs, et artijs sunt phoru q scientia e  
 habitus ab arte distinctus; tunc sic; id de logica diximus ee sci-  
 entia: q n e ars. = Ifratur ex eodem cap. 4<sup>o</sup> ubi ponens deffini-  
 tionem artis dicitur inuq factibus, et actione per hoc q actio denotat ope-  
 rationem immanentem; factio vero tranuente in exteriori materia;  
 At quo sic: ars e habitus factibus; q actione eim debent manere in  
 exteriori materia; tunc sic: id hoc repugnat logicq cuius operationes  
 manent in intellectu: q. = Ifratur secundo ex D. Th. 1<sup>a</sup> 2<sup>a</sup> q. 43 ar. 3. ad 3. ubi  
 ait q logica vult inuicem distincte e ars: q logica, extra D. Th. 2<sup>a</sup> de be-  
 absolute arti nominari.

47

Seco ad argumentum secundo antecedenti di-  
 gno sequenti: q sciunt phoru q scientia e habitus distinctus ab arte me-  
 chanica. secundo cog: ab arte liberali, nego cog: et secundo mixti subum-  
 pra digno sequenti; logica n e ars mechanica secundo liberali, nego.



igitur phorui in predicto loco loquitur de arte mechanica, quae  
 ab intelligentia digni non negamus: id solum agramus quod ratio  
 tantum non repugnat, sed potius comparatur cum ratione artis libe-  
 ralis; cum habitus intelligentiae erigat per certam, et determinatam regulam di-  
 rigat aliquam materiam de se indifferente, quae est ratio propria ar-  
 tis; et hoc agit logica, unde ratio artis hinc; verum quod eius diver-  
 sio remanet in intellectu dicitur ars liberalis.

48

Ad praesens: quod ibi loquitur phorui de arte mechanica, videtur ponit dif-  
 ferentiam inter factioem, et actionem. Id est phorui hanc, et non agram  
 explanationem artis ponit, ortu est dissidium inter A.A. an videtur  
 res liberales proprie sint rales? an solum per quamdam similitudi-  
 nem? Quod dissidium potius de nomine quae de re est, et ad eius resolu-  
 tionem advertendum est: quod nomen arti impositum est ad significan-  
 dam rem mechanica. Id est artes liberales hanc quod ad rationem  
 artis, necessarium est, hoc solum excepto, quod eorum actiones non transe-  
 unt in exteriori materia; nam ex hoc visu nomen artis omnes  
 eriguntur liberales significat: unde recte dicuntur artes absolute,  
 et simpliciter, agram extensione huius nominis. Quod exemplifica-  
 ri poterit in nomine lux, quod impositum est ad infundendam lucem materia-  
 lem; et postea extensum est ad lucem eriguntur spirituales; quae proprie, et  
 liberaliter significat. Ut late probat ex In. d. Aug. nomen sapien-  
abstracta; clarius t<sup>o</sup> nobis videntur alby, quā albedo reparata. —

Alby

569] sicut qualitas definitur ab Aristotele. xā vniū cuiusque placitū; vici-  
nis t<sup>o</sup> omnibus aliis definitionibus, vly placet adducere, que  
tradit D. th. 1<sup>o</sup> q. 26 ar. 2. dicens: qualitas ē dispositio substantiā



in accidentibus substantiis dispositivis. Quae definitio est explicatio pro-  
 prie definitio; et sufficienter eam qualitatem manifestat; per se in acci-  
 denti venit eum reliquis generibus; a quibus differit per se substan-  
 tiam dispositivam; dispositio in, ut id, quo rei bene, & male se habet  
 in propria natura, et in se; quod ubi qualitatem venit in substantia; quantitas  
 in illa extendit; relatio illa ad aliud ordinat, et sic de reliquis  
 praemissis; sola a qualitate illa differit. Alio etiam modo qualitas ex-  
 plicatur alioquin tamen. Q. Th. Smerh. h. c. d. c. c. accidens absolute  
sequenti forma. ubi per se accidens absolute differit a relatio, et ultimo  
 res praemissis, quae aliqd respectivum involvunt: a quantitate vero di-  
 feruntur; quia quantitas requiritur ad materiam, sicut in materia se-  
 habet in forma, sic quantitas in alioquin accidentibus, quae respicit,  
 et subvertit: qualitas vero requiritur ad formam, quia perficit, et actuat  
 subiectum. Per quae explanationes sufficienter cogitur eam qualitatem,  
 aliam summe difficultem; et plurius definitionum explanatione maxime  
 confusa. =

## Sed Secundus

### Dividitur Qualitas, et eius proprietates dantur.

570 Quatuor tantum qualitatis species assignavit Aristoteles. 1<sup>a</sup> est habitus, et  
 dispositio. 2<sup>a</sup> potentia, et impotentia. 3<sup>a</sup> passio, et passibilis qua-  
 litas. 4<sup>a</sup> denique forma, et figura. De his omnibus in particula-  
 ri a generali suo ordine. igitur habitus sic definitur: qualitas diffi-  
cile mobilis a subiecto, per quam subiectum bene, & male se habet. Dispositio  
 autem est: qualitas facile mobilis a subiecto, per quam subiectum bene, & male se  
habet. si autem velis species qualitatis per abstractum ab habitu, et  
 dispositione definire, sic illa definitur: qualitas determinans subiectum  
ut bene, & male se habeat in ordine ad magis naturam. igitur habitus  
 et dispositio conveniunt in hoc, quod uterque differit subiectum ut bene &  
 male se habeat. Et in re subiectum indifferentem ut ad bene & male se habere  
 debet, indiget qualitate determinante ut bene, & male se habeat; sic corpus indi-  
 ferentem ut sit sanum, & aegrum, per se determinat ut male se habeat, et  
 per sanitatem, ut bene. Differunt tamen in hoc, quod si qualitas determi-  
 nans ex natura sua sit difficultiter separabilis a subiecto, vocatur ha-  
 bitus; licet per accidens a subiecto separetur. sic infirmitas sicut radica-  
 lis vocatur infirmitas habitualis. si vero ex natura sua sit faci-  
 le movibilis a subiecto, quantum per accidens sicut radice in illo vo-  
 catur dispositio. si aliquae nova infirmitate dolentem, vocamus indispo-  
 situm. et notare, quod quod habitus facile amovetur per accidens dicitur  
 habere substantiam habitus, modum vero dispositionis. et aliter de dispo-  
 sitione dicitur. =

512p Secunda speciei qualitatis, quae disponit subry in ordine ad operatio-  
nem dicitur naturalis potentia, et impotentia, et sic loquitur definitur  
qualitas determinandi subry ad agendum, et resistendum. Ex qua defini-  
one constat quod potentia, quae impotentia iungitur non solum acci-  
ve in ordine ad agendum, sed etiam passive in ordine ad patiendum. Im-  
potentia autem non accipitur pro negatione potentiae; negatio in  
qualitate non est; sed pro debili, aut fragili potentia ad agendum  
et resistendum. Igitur si qualitas substantia disponens fuerit robusta  
et fortis, ut potentia visiva in tubere ad videndum; et durities in ferro, aut  
adamante ad resistendum, et sic de aliis, dicitur naturalis poten-  
tia. Si vero fuerit debilis, et exigua, ut potentia visiva, et quiescens in  
sensibus; et fragilitas in vitro, aut cera ad resistendum, natura  
haec impotentia vocatur. Sed cave ne confundas habitum, cum poten-  
tia; haec enim ex natura sua ordinatur ad operandum; habitus vero  
erit eius, sicut operativus, et respiciunt subry ut bene, et male re-  
habeat. =

512p Passio, et passibilis qualitas, quae est tertia qualitatis species  
sic definitur: qualitas alterationis sensibilis causans, et ex alteratione  
sensibilis causata. Sed notare quod passio, aliquando accipitur pro  
proprietas rei. Sic probabilitas dicitur passio utilis. Et accipitur  
pro mutatione passiva, et in hoc sensu receptio cuiusvis rei dicitur  
passio, et aliquid recipere est passio. Aliter est pro ut ad praesens perti-  
net dicitur passio forma, seu qualitas notiva, et disconveniens sub-  
iecto, illud alterari, et disponere ad corruptionem. Igitur si haec qua-  
litas fuerit cito transiens, ut pallor ex metu, rubor ex verecun-  
dia, vocatur passio: si vero permanens fuerit, ut rubor in sangui-  
ne, et pallor in melancholico, vocatur passibilis qualitas. =  
Ultima speciei qualitatis, disponens subry in ordine ad propriam  
quantitatem, est forma, et figura, et sic definitur, qualitas resultans ex  
terminacione partium quantitatis. ut figura circuli, quae est diversa a  
figura quadrati, propter diversam terminacionem quantitatis. Inter formam  
et figuram haec est differentia, quod dispositio resultans in rebus artificia-  
libus, dicitur forma; quae vero in naturalibus resultat vocatur  
figura. =

513p Circa qualitatis proprietates assignandas veniunt AR.  
omnes in tres assignantur. 1<sup>a</sup> est, habere contrarium. Qualitates enim proprie  
opponuntur, et contrariantur, ut potestas quae sunt circa idem subiec-  
tum, a quo mutuo se expellunt. Sic calor et frigus; virtus et virtus  
error, et scientia, aut qualitates contrariae, mutuo se excludunt.  
2<sup>a</sup> est.

secunda ē: suscipere magis, et minus; licet in qualitate quoad essentiam  
 nequeat intendi aut remitti; tamen subry magis, et minus qualificatur  
 pro maiore, et minore intentione qualitatū. Sic albedo non potest esse ma-  
 gis, et minus albedo equaliter; quare subry dicitur magis albus, pro  
 maiore albeni intentione. Et hęc proprietates soli qualitati conveniunt; non  
 tamen omni. plures tamen sunt qualitates, quę nec intendi possunt, nec  
 remitti. 3<sup>a</sup> proprietates ē: fundare similitudines; si quę conveniunt in  
 qualitate dicuntur similia; sicut in quantitate convenientia di-  
 cuntur equalia. Et hęc proprietates qualitati conveniunt in quarto mo-  
 do, ut pote omni qualitatam, soli, et semper conveniunt. 170

979<sup>o</sup> sane ē hoc qualitatū predicamentū; ideo quod impossibile ē, omnes eius  
 partes enumerare, ut recta illius fiat coordinatio: unde solę aliqua-  
 ty nominatę pertinentię ad illud trademus. Genus supremū ē quali-  
 tas, quę immediate dividitur in quatuor species enumeratas. Ha-  
 bitus, alius ē a Deo infusus, et hęc subry trinet gratia, fides, spes,  
 aliaque supernaturales virtutes, et Dona spū s<sup>u</sup>; alius ē habitus acqui-  
 situs; et hęc si ē intellectualis, continet intellectus, sapientiam, sciętię, et artes; si ut mo-  
 ralis, trinet habitus bonę, quę continet subry virtutes; et malę, sub quo  
 omnia vitia habituaia continentur. Ad potentię agendi, pertinet poten-  
 tię vegetatiuę, ut sunt generatiua, et nutritiua; cogitiuę, ut sunt intellectus  
 et sensus; et appetitiuę, ut sunt voluntas, et appetitus sensitivus. Ad poten-  
 tię s<sup>u</sup> existendi, pertinent qualitates duri, molli, solidi, diaphani, et alii.  
 Ad 3<sup>am</sup>, quę est passiva, pertinent qualitates sensiles, nempe, color, odor,  
 sapor; et omnia qualitates tangibiles, ut calor, frigus, asperitas, lenitas; quę omnia  
 variis modis dividuntur. Ad formę et figurę pertinent omnes figurę  
 siue planę, ut sunt angulares, circulares, ovales, lenticulares; siue solidę, ut  
 spherica, cylindrica, cubica, et pyramidalis. ---

## Questio Nona De sex ultimis Predicamentis.

535<sup>o</sup> Sex ultima pramta vixit adeo minime certitati, plura que  
 ex illis parva vitia sint; ideo omnes brebites illorum explicatio  
 absolunt. De illorum certitate aliqui asserunt, non vere certitate dici,  
 posse; sed omnia illa esse modis certis propugnant. Alii tenent, oia  
 sex genera esse quosdam relationes, ut innuere videtur A. P. op. 26 de  
 sex principis. Alii inter quos Thomę Prudo, asserunt esse relationes  
 non pramentales, sed transcendentales; id quid quod sit de hoc, ut vel  
 sit parvi momenti, ideo hoc omni, ad illorum certam pramta descenda  
 mai ---

536

Dei Unicus

Sex ultima predicamenta explicantur.

Quintus pramentus est actio, que sic definitur: fra 24 quam  
in id, quod subicitur agere dicuntur. seu quod id est illud exer-  
 citus, quo agens actualiter contrahitur agens in passibili subry: ut  
refactio, que est id, quo ignis contrahitur callefactum ligni. Actio est  
 duplex: alia transiens, que per se to ordinatur ad perficiendum passibi  
ut dealbario, mudo, callefactio: alia inmanens, que per se primo  
perficit ipse agens, et manet in principio a quo oritur: ut in-  
 telluctio, et volitio. Actio transiens pertinet ad hoc pramentus;  
 de inmanente vero aliqui dubitant, iudicantes ad qualitates  
 pertinere. videtur collig. D. th. Actio transiens alia est substantia  
et; cuius terminus est substantia; alia accidentalis; cuius terminus est accidentis.  
 Ulterius actio alia est eductiva; et est productio rei ex preu-  
posito subro. alia est creativa, et est productio rei ex nihilo: et  
 hec actio solius Dei est propria.

537

Sextus pramentus est passio: pro cuius

intelligenda notanda quod in motu unius rei tria ponantur considerari;  
 et egressus a causa, qui dicitur actio; et via ad terminum, quod dicitur  
motus; et receptio in subro, que vocatur passio. Sic in callefac-  
 tione, egressus caloris ab igne est actio; via, aut tendentia ad  
 lignum est motus, et id quo contrahitur lignum recipienti caloris, et  
 passio: unde sic poterit definitur: fra, qua subry dirigitur actuali  
rer recipienti esse ab agente. De actioe, et passione tamus agemus  
 in libro philosophorum. Divinus passionis debet fieri per ordinem ad  
 actionem; et unius actioni productivae sua passio correspondeat.

538

Septimus

pramentus est quando, quod sic definitur: id quod extemporali adiacen-  
tia relinquatur: est in accidentis, quod resultat in rebus, ex eo quod sunt  
 in tempore ut ab illo mensuratur. Sic tempus huius habitus dicitur  
habeterna, ex eo quod tempore externo fuit mensurata. Differt huius  
 pramenti, inter se, ad differe tempore: sicut, presentis, preteritum  
 etas, huius, hodie, et ad adventu quod tempus, de quo loquimur est  
 duratio et movitio per 24 horarum, passus; et ex emensuratione rerum  
 per hanc durationem, resultat quando: non a resultat ex duratioe  
pernitenti, que nec habet prius, nec finem, et est mensura Dei.

motus

nec

nec ex duratione sui, quia angeli mensurantur, q<sup>a</sup> 2<sup>a</sup> duratio, si-  
cut habeat principium, caret fine; et est independens a duratione  
primi mobilis.

579p

Octavum pramentum, q<sup>d</sup> est ubi, sic definitur: presentia  
cuiusvis rei in loco ubi est duplex: Divinum, et est ipsa Dei immensitas  
ratio cuius d<sup>i</sup> est ubiq<sup>ue</sup>: Creatum, et est determinatio rei ad certum locum.  
Et hoc aliud est ubi definitivum, et est illud, quomodo spiritualis est in loco  
ita in toto, et tota in qualibet parte loci; et hoc ubi est proprium ani-  
mae rationalis, et angelorum. Aliud est ubi circumscriptivum; et hoc constituit  
hoc speciale pramentum; sic q<sup>d</sup> definitur: circumscriptio corporis, ac cir-  
cumscriptio loci pro venientia; et in accidenti resultans ex eo q<sup>d</sup> rei-  
quanta correspondet loco, ipsum replent; ita ut sit tota in toto loco,  
et pars in parte loci. Differre loci sunt sursum, deorsum, ante, retro, et aliter.  
Hic addi solet ubi sacramentale, propter specialem modum quo Chris-  
tus Dominus est in sacramento Altaris; licet enim ibi proprie non  
sit in loco; non debet ubi proprie nominari.

171

580p

Nonum pramentum est situs,  
et est dispositio partium in loco; resultat in hoc accidenti in corpore  
ex eo q<sup>d</sup> partes habent figuram deorsum; unde eius differre sunt: stare  
cadere, erigere, curvare, et aliter huiusmodi. Differre ab ubi pro hoc, q<sup>d</sup>  
dicitur specialem modum, et dispositio partium in loco; quae non affert ubi,  
sed solum importat absolute in loco positionem, precise ad dispositio-  
nem. Ultimum pramentum est habitus, et sic definitur: adhaerentia quae sita cor-  
pori sunt ad ipsum; hoc est: illa coaptatio, et accommodatio vestitus, aut al-  
terius rei ad corpus; ex qua resultat in corpore novum accidenti, ratione  
cuius aliquis denominatur; vestitus, calcatus, togatus, loriscatus, et alia  
huiusmodi, quae sunt speciei habitus. et haec de predicamentis Aris-  
totelis.

## Disputatio Septima De Post predicamentis.

581p Nichil aliud sunt post predicamenta, quam quaedam affectuales,  
seu modi ad pramenta consequenti; qui quidem ad speciale pramen-  
tum reduci nequeunt; per omnia in genera divagantur: Un-  
de, post pramentorum notitiam, recte de illis cum Aristotele age-  
mus. Quibus tantum post predicamenta cum philosopho assignantur, id est: opo-  
ritio, privatio, simultas, motus, et modus habendi. De his omnibus  
regulationem agemus: per quo sit.

Quae.

Questio Unica.  
Postpredicamenta in particulari  
Explicantur

582P

Primum postpredicamentum est oppositio; et est duplex, alia ppria de qua legitur lib. 2<sup>o</sup> summul. cap. 5. n<sup>o</sup> 10. Alia est oppositio rerum de qua in preterito est sermo. et definitur sic: repugnancia determinata aliquorum inter se. Dicitur determinata ad excludenda oppositio impropria, que veritatur inter extrema disparata, ut inter equum, et asinam; nunc solum loquimur de propria oppositione existente extremum determinatum: ut que datur inter virtutes, et vitia; frigus, et calorem. Huiusmodi autem oppositio est quadruplex, contradictoria; contraria, privativa, et relativa. 1<sup>a</sup> est: repugnancia inter ens et non ens, ut inter hominem, et non hominem; album, et non album; et hec est omnium oppositio maxima. 2<sup>a</sup> est: repugnancia inter duas formas, que sub eodem genere maxime distant, et ab eodem subiecto mutuo se expellunt, ut que datur inter frigus, et calorem; albedinem, et nigredinem. Privativa est: repugnancia inter formam, et vim privativam, ut inter vitam, et leuitatem; 3<sup>a</sup> privatio est cauentia frigus in subro capaci illius. Ultima est: repugnancia inter duo, ex ea que se mutuo respiciunt, ut inter patrem, et filium.

583P

Secundum postpredicamentum est prioritas, que definitur sic: modus, quo una res alia precedit: Unde 2<sup>o</sup> diversis modis, quo unum potest aliud precedere, dividitur prioritas; quinque in speciebus prioritatis communiter assignantur. Prima est prioritas temporis, et est illa, qua unum precedit aliud tempore, sic adamus est prior antichristo prioritate temporis. 2<sup>a</sup> est prioritas subalternandi consequentia, et est illa que datur inter extrema, quorum unum inferat aliud, sed non inferatur ex illo; vel ut alii dicunt est illa, qua superius precedit inferius, que ex inferiori inferatur: sic autem est prius homine; que ex homine inferatur: unde hec est bona causa: ut homo: que animal est 3<sup>a</sup> est prioritas ordinis; qua, scilicet, unum precedit ordine aliud: sic exordium orationis prius est ceteris partibus: numerus binarius est prius ordine ternario, et sic de aliis. Quarta est prioritas dignitatis; illa, nempe qua unum precedit dignitate aliud. sic rex est prior dignitate que principis; et prelatus est prior subditis, et sic de reliquis in dignitate institutis.

Quinta-

562

172

Quinta e prioritas nature, et est illa que datur inter ea, que licet si  
 multo tempore existant, unum tamen dependet ab alio; et hec inter omnes  
 prioritates e magis iustu digna, ut pote que in omnibus scienciis  
 communiter circumfertur. Hec prioritate procedit sol sui radii, et  
 quevis causa sui effectui. Duplex u potest ee prioritas nature, alia in  
 quo, et alia a quo. Prioritas in quo e, que datur inter ea, quarum unum  
 dat ee alteri, a quo non dependet in suo ee: ut sol e prior luce, cui dat  
 ee, quam ab illa dependeat; in absolute potest sol sine luce existere.  
 Prioritas a quo e, que datur inter ea, que se mutuo dependent in di-  
 versis genere cause, ut que datur inter materiam, et formam. Alia etiam assigna-  
 tur prioritas, que vocatur originis, et e illa que datur inter di-  
 versas personas, quando una procedit ad aliam; reclusa tamen omni depen-  
 dentia: et hoc modo dicitur pater prior filio; et uterque prior ipso  
 sancto. Hic solet agi de posterioritate, que e modus quo una res ad aliam  
 requiritur: et hec dicitur tot modis quot prioritas: si antichronus est  
 posterior tempore adamo: tertarius e posterior ordine divinitatis:  
 subditus posterior dignitate prelati, et sic de reliquis.

565

Simultas que

e tertius post predicamentum, sic definitur: modus quo res simul existunt  
 unde opponitur prioritati et posterioritati, et in medio inter illas:  
 et ideo dicitur tot modis quot prioritas -- Quartum post predicam-  
 entum e motus, et sic definitur: actus entis in potentia ad terminum id est, via  
 intendens ab uno in aliud: unde motus hic non accipitur determinate pro  
 motu locali, sed pro quavis mutatione. eius species sunt, generatio que e transitus  
 de non ee ad ee substantiale: corruptio, que e transitus de ee ad non  
 ee: augmentatio, id e transitus de minori ad maiorem quantitatem: diminutio  
 que e transitus de maiori ad minorem quantitatem: alteratio, que e transitus  
 de una in aliam qualitatem: et motus localis, qui e transitus de loco in locum.  
 Ultimus post predicamentum e modus habendi, seu habere, et e idem ac aliquid  
 quomodolibet possidere; per quod sufficienter distinguitur ab habitu, qui e  
 species qualitatibus; et ab ultimo proximo. modi habendi sunt plures:  
 1o habere per inherens, ut homo habet albedinem; 2o per continentiam, ut  
 vas aqua; 3o per positionem, ut rex regni; 4o per relationem, ut pater filii;  
 5o per xam positionem, ut homo vestis, aut gladii, et alii plures modi, quo-  
 rum notitia non nimis necessaria e.

Disputatio Octava,  
 De Posterioribus Analytici.

Omnia huiusmodi in libris praementory dicta ad 13 intellectus nostri  
operatioe pertinent; cuius solus de simplicibus, seu in complexis fue-  
rit sermo. De pertinentibus ad 23 ratio dedimus in summo  
toto lib. 2o de mente phos. lib. praementory; De pertinentibus  
uero ad tertiam epimus in 3o libro; ceterum, quae in syllogismo, quod pre-  
cipue in 3o libro considerat, datur et forma et materia; ubi prin-  
cipaliter fuit syllogisticae consideravimus; uerum aliquid de materia di-  
cimus. Ar. q. de omni syllogismo tractare, nimis latae exigit  
disputatio; solus de nobilitate syllogismo, sicut de demonstratione  
agemus. Inscrubitur a liber hic de posterioribus analyticis, quia  
Analyticis vocat idem est, ac latine resolutio: unde et de resolutione  
syllogismi in illo tractat phosus, recte librum analyticum appe-  
llat; et quia loquitur de resolutione, ex parte materiae, vocat  
ille de posterioribus; nam liber, in quo de resolutione syllogismi  
ex parte formae tractat, de prioribus analyticis inscribitur.  
Plura et certe utilia in hoc lib. agi solent; non tamen brevitati  
re temporis coacti, solus utiliora praerabimus. Equo sit.

## Questio Prima.

### De Praecognitione, et Praecognitionibus.

547  
Aristoteles in initio posteriorum hoc celebre prologium ructavit: omnis  
doctrina, omnis disciplina intellectiva ex praesistente fit cog-  
nitione; quo axioma demonstrationis fundamenta iecit. Doctrinae spe-  
lat cognitione, propria industria comparata: disciplina uero cog-  
nitione a magistro accepta. Unde sensus proprius est, quod ad omnes cog-  
nitiones discursiva, praerequisitur necessario aliqua cognitio; debet  
aliquid esse necessario praecognitione, seu certo cognito, ut demonstratio-  
natura saluetur; si enim nihil esset certo cognito, omnia deberent demon-  
strari, sicut daretur processus in infinitum. Ut igitur verus discer-  
tur, et demonstratio saluetur, omnia debent esse praecognita, scilicet  
principia, seu praemissa, subiecta, et pars praecognitiones a de-  
berent esse due.

548  
Vra sciatur, quae sint huiusmodi praecognitiones, et praecognitiones  
notanda est, quod quatuor de quavis re cognosci possunt, nempe  
an sit, quod pertinet ad eius existentiam; quid sit, quod atti-  
net ad eius essentiam; quia est, quod explicat illius causam; et prop-  
ter quid est, quod eius finem designat, in super ad advertendum



+ tria sunt pre-cognita p<sup>ri</sup>a, sub<sup>tr</sup>, et passio.  
 est, quod ansit dupliciter loqui potest; scilicet an sit ver<sup>u</sup>? seu an det<sup>r</sup>  
 ver<sup>u</sup>; et an sit veritatis? seu an sit vera ver<sup>u</sup>? utrum an sit ver<sup>u</sup>? dupli-  
 citer stat, vel an sit possibile? vel an sit existens? hoc suppositum  
 cuius q<sup>u</sup> cognitiones, que antecedere debent demonstratioe circa tria  
 pre-cognita, sunt an sit? et q<sup>u</sup> sit? et ratio e: q<sup>u</sup> de premissis, seu p<sup>ri</sup>-  
 cipii solum potest loqui an sint ver<sup>u</sup>? non in loquitur, quid sint?  
 quia cu<sup>m</sup> sint complexa non habent unam leg<sup>em</sup>; q<sup>u</sup> a e<sup>st</sup> ver<sup>u</sup>? cuius eam  
 indicat. De sub<sup>tr</sup> a debet cogi an e<sup>st</sup>? non quide<sup>m</sup> existens; q<sup>u</sup> inentia  
 pre-cindit ab existentia; id solum an e<sup>st</sup> possibile? et etia<sup>m</sup> debet cogi, q<sup>u</sup> e<sup>st</sup>.  
 ut cognita illius eam, cogatur passio demonstranda. De passioe an  
 cogitur an sit? q<sup>u</sup> hoc investigari per demonstratione; id solum  
 quid sit? non in potest sciri an veniat sub<sup>tr</sup>, nisi cui eam cogita-  
 tur: id solum quid e<sup>st</sup>, et an e<sup>st</sup>, de tribus pre-cognitis, pre-cogit debet.  
 Aliq<sup>u</sup> a cognosci, quia e<sup>st</sup>, et p<sup>ri</sup>ncip<sup>u</sup> q<sup>u</sup> e<sup>st</sup>? ad ipsa demonstratione requi-  
 rit, et p<sup>ri</sup>ncip<sup>u</sup> declarantur. Quod a pre-cognita debeant et tria  
 relata e<sup>st</sup> manifestu<sup>m</sup>; q<sup>u</sup> cu<sup>m</sup> veritas conclusionis pendat a veritate  
 premissar<sup>u</sup>, ante cognosce<sup>m</sup> scientificam conclusionem, debent premissa, que  
 sunt p<sup>ri</sup>a, cognosci: premissa a<sup>nt</sup> nequeunt cogi, q<sup>u</sup> cogantur ea-  
 rum partes, seu extrema; que sunt sub<sup>tr</sup>, et passio, que de sub<sup>tr</sup>  
 vult demonstrari: q<sup>u</sup> p<sup>ri</sup>a, sub<sup>tr</sup>, et passio debent e<sup>st</sup> pre-cognita ad  
 passioe demonstranda.

5488

173

5489

Pro horu<sup>m</sup> a<sup>nt</sup> intelligea notand<sup>u</sup>, q<sup>u</sup> p<sup>ri</sup>ncip<sup>u</sup>  
 p<sup>ri</sup>ncip<sup>u</sup> e<sup>st</sup> q<sup>u</sup> d<sup>icitur</sup> constit<sup>u</sup>iri per se notis: et ideo de illis nequit i<sup>n</sup>titus  
 dubitare, nisi illis ratio advertitur; et hoc p<sup>ri</sup>ncip<sup>u</sup> indemonstrabile voca-  
 tur ab arte huiusmodi sunt p<sup>ri</sup>a hec: omne totu<sup>m</sup> e<sup>st</sup> maius sua parte:  
quodlibet e<sup>st</sup>, in an e<sup>st</sup>, et similia. ex his a<sup>nt</sup> alia sunt p<sup>ri</sup>ncip<sup>u</sup> nota simpli-  
 citer, que, sicut, omnibus etia<sup>m</sup> insipientibus sunt manifesta. Alia  
 sunt p<sup>ri</sup>ncip<sup>u</sup> nota in genere determinato, que, sicut, sunt nota  
 sapientibus, et huiusmodi sunt p<sup>ri</sup>a peculiaria indemonstra-  
 bilia cuiusvis scientie, ut dicit<sup>ur</sup> de omni<sup>m</sup> et alia ru<sup>m</sup> logicis, que  
 p<sup>ri</sup>ncip<sup>u</sup> in logica sunt manifesta. Hec a<sup>nt</sup> p<sup>ri</sup>a peculiaria, alia  
 sunt specularia, que, sicut, scientie speculari devertunt,  
 et alia practica, pro scientie practice; quale e<sup>st</sup> illud mora-  
 litatis p<sup>ri</sup>ncip<sup>u</sup>: declina a malo, et fac bonu<sup>m</sup>. ita autem p<sup>ri</sup>ncipia  
 loquuntur ab initu<sup>m</sup> medio aliquo habitu, qui dicitur habitus  
p<sup>ri</sup>ncipioru<sup>m</sup>, qui quide<sup>m</sup> pro p<sup>ri</sup>ncipiis specularibus, e<sup>st</sup> ipse  
 met<sup>u</sup> initus, naturaliter cognoscitivus veritatis; pro practice  
 vo<sup>o</sup> appellatur hic habitus. Synderesis.

590

Sed quia indifferentes vocabimus principia, et premias, pp<sup>e</sup> ex quibus  
 demonstratio coalescit, ita illas considerandus e, q<sup>d</sup> alii sunt immediat<sup>e</sup>,  
 et alii mediat<sup>e</sup>. Propositio immediata e, qua non e altera prior; et  
 huiusmodi sunt 4<sup>a</sup> pria, que ex sola apprehensione rerum innotu-  
 tesunt intuitu; et ille pp<sup>e</sup> in quibus praty e de eca subtrig<sup>ue</sup> id<sup>o</sup> di-  
 cuntur immediat<sup>e</sup>, q<sup>d</sup> praty, omni medio recluso, venit subro, ut  
 hec homo e rati. ite a pp<sup>e</sup> immediat<sup>e</sup> alii sunt universales, quibus  
 veritas ab omnibus loquitur, ut principia p<sup>o</sup> se nota simpliciter:  
 alii sunt partiales, ut pria peculiaria scientiaru. Sp<sup>o</sup> immediata  
 soler utiq<sup>ue</sup> dici posse nota; et alibi e duplex, et p<sup>o</sup> se nota quo-  
 ad se, et quoad nos. Prima e omni propo<sup>o</sup>, in qua praty e de eca  
 subtrig<sup>ue</sup> que 2<sup>o</sup> se vera e; am ex defectu nomin<sup>o</sup> soler et non ita clara,  
 q<sup>d</sup> non indigeat aliquo medio, ut manifestetur. 2<sup>a</sup> e, que canstat rer  
 min<sup>o</sup> communissim<sup>o</sup>, omnibus manifestis: ut hec totu e manus sua par-  
 te, que, et 2<sup>o</sup> se et quoad nos e manifesta. Propositio mediat<sup>e</sup> est:  
 in qua praty medio aliquo alio venit subro; ut hec: hoo e rati.  
 q<sup>d</sup> rati<sup>o</sup> venit homine media rationalitate; et ideo mediu  
 ad demonstrand<sup>u</sup> de hoc rati<sup>o</sup> nitate.

591

Propositio, qua p<sup>o</sup> se notam  
 vocamus, aliq<sup>o</sup> soler dici illa in qua p<sup>o</sup> dicitur p<sup>o</sup> se convenit  
 subiecto: ideo ne equivocatione laboretis, q<sup>d</sup> scire oportet, quod  
 sunt quatuor modi dicendi p<sup>o</sup> se, seu quatuor modi potest pra-  
 ty p<sup>o</sup> se convenire subro. 1<sup>o</sup> quando de aliquo dicitur id, quod  
 e de eius eca: sic rationale p<sup>o</sup> se venit homini. 2<sup>o</sup> quando de ali-  
 quo enuntiatur illius pprietas: ut rati<sup>o</sup> nabile de homine. 3<sup>o</sup> dicitur  
 aliq<sup>o</sup> p<sup>o</sup> se exister<sup>e</sup>, hoc e: independentes ab alio; et hoc venit  
 substantie. 4<sup>o</sup> cu de aliqua causa dicitur eius pprii effectus; ut  
 de medico curatio, de musico cantus: Unde ite pp<sup>e</sup> medicus p<sup>o</sup> se  
 re curat: musicus p<sup>o</sup> se cantat, et sunt in quarto modo dicen-  
 di p<sup>o</sup> se. Ex his a modis dicendi p<sup>o</sup> se, soly tui deservit ppibus  
 immediatis, et p<sup>o</sup> se notis, in quibus praty p<sup>o</sup> se primo mo-  
 do venire debet subiecto. Hi generaliter circa p<sup>o</sup> requi-  
 sita ad demonstratione p<sup>o</sup> libari, ut ad ipa accedamus, it-

### Questio Secunda

## De eventia, Divisione, et effectibus Demonstrationis.

592

Demonstratio, pro ut a silogismo pbabili, et sophistico distingui-  
 tur definitur a philosopho ex parte effectus sic: silogismus ta-  
 cienti scire: unde in quantum silogismus debet habere dispositionem  
 in modo, et figura xā regulari in 3<sup>o</sup> summarum, tractat; ultra q<sup>d</sup>  
 exigit determinatam materiam, ut sit scientiā causa. Primo q<sup>d</sup> dema-  
 stratio scilicet demonstrationis agemus, et postea de eius effectu aliqua  
 dabimus. sit itaq<sup>ue</sup> = **De Primo.**

174

**Definitur, et Dividitur Demonstratio**

593

Ex parte materię p<sup>ri</sup>ncipij sic definitur demonstratio Aristoteles: silogis-  
 mus procedens ex p<sup>ri</sup>ncipij, veris, et immediatis, notioribus, prioribus, cau-  
 sis que conclusionis. in qua definitione explicantur omnes conditio-  
 nes requiruntur in materia demonstrationis, seu in p<sup>ro</sup>positionibus,  
 illis sponenibus. igitur p<sup>ri</sup>ncipia demonstrationis debent esse p<sup>ri</sup>-  
 ma, ita ut per alia p<sup>ri</sup>ora non sint demonstrabilia; et si forte sunt  
 alia p<sup>ri</sup>ora ipsius, debent esse resolutio in ea facilis. ex veris denotat  
 p<sup>ri</sup>ncipia debere esse necessario vera; q<sup>d</sup> p<sup>ro</sup>ceduntur veritate conclu-  
 sionis; que scientiā non causeret necessario vera non esset.  
 Debeat esse etiā immediata, et per se nota modo sup. explicato. Re-  
 liquę partes scilicet, notioribus, prioribus, causis q<sup>d</sup> dicitur respei-  
 tive ad 3<sup>o</sup>; q<sup>d</sup> p<sup>ri</sup>ncipij illius veritate manifestant; q<sup>d</sup> manifestat  
 aliud debet esse notius illo: sunt etiā cause conclusionis, et ideo  
 exercent p<sup>ri</sup>oritate rē illius; causa in, ut causa, debet esse p<sup>ri</sup>-  
 or suo effectu. =

594

P<sup>ri</sup>ncipia esse debere notiora conclusioni, probat pho-  
 sus ex illo p<sup>ri</sup>ncipio: p<sup>ro</sup>pter q<sup>d</sup> unumquodq<sup>ue</sup> reale, et illud magis; d  
 p<sup>ro</sup>pter p<sup>ri</sup>ncipia e nota conclusio; q<sup>d</sup> notiora esse debent p<sup>ri</sup>-  
 ncipij conclusionis. sed q<sup>d</sup> hoc p<sup>ri</sup>ncipij in pluribus verificatur, ut  
 scilicet, q<sup>d</sup> illo e virtutes utendi, advertitur q<sup>d</sup> ad illius verifi-  
 cationem, vel requiruntur conditiones. ita q<sup>d</sup> p<sup>ri</sup>ncipij, q<sup>d</sup> dicitur magis  
 convenire alteri extremo, debeat unumq<sup>ue</sup> formaliter convenire et  
 ob defectu huius conditionis dicitur iuste dicitur axioma, ut patet  
 in sole, et qualibet causa universalis; sol in e causa caloris ignis  
 et p<sup>ro</sup>pter sole e ignis calidus; ex quo non licet inferre, q<sup>d</sup> sole  
 magis calidus q<sup>uam</sup> ignis; et ratio e; quia calor in igne fortiter  
 in sole vo sole e virtualiter. ita e, q<sup>d</sup> forma denotans unum  
 subdit magis, q<sup>uam</sup> aliud non sit realiter eade in utroq<sup>ue</sup>; et ob hoc  
 dicit

licet in Divini una persona ut prius alterius, non inferatur  
quod una sit sapientior, aut omnipotentior, quae alia; quod in illis  
est una, et eadem realiter sapientia, et omnipotentia. Sed si  
pro denominanti suscipiat magis et minus; aliam non poterunt  
magis quae aliud denominare: et hoc licet pater meus sit  
principium, et causa mei, et licet propter illud sim ego homo; non  
tamen pater meus est magis homo, quae ego; quae ratio substantia  
hominis non suscipit magis, et minus.

595f

Explicita definitio

demonstrationis, restat eius divisiō tradere. Dividitur quod in de-  
monstratione propter quod, et quia. Demonstratio propter quod est, quae  
res probat per causam proximam, et immediatam illius. ut cum demonstratur  
rationalitas hominis per eius rationalitatem. Demonstratio quia est:  
quae res probat, non per causam proximam, sed vel per remotam, et per effec-  
tum aut rationem. ut probarem hoc esse animal ex eius respiratio-  
ne. et dividitur demonstratio a priori, et a posteriori. Demons-  
tratio a priori est: cum probatur effectus per causam. ut rationale per ra-  
tionale. Demonstratio a posteriori est: cum probatur causa per effec-  
tum. ut conversio rationale per rationale. ex quo habetur, quod omnis  
demonstratio propter quod est a priori. Demonstratio quia potest  
esse a priori et a posteriori: demonstratio a posteriori necessaria  
est demonstratio quia: et demonstratio a priori potest  
esse quia, et propter quod; ut patet considerando supra posi-  
tas definitiones. Et notare quod ex diversitate causarum, po-  
teret dividi demonstratio; quae per quatuor causas potest effec-  
tus demonstrari, scilicet per formalem, aut materiale, effici-  
entem, vel finale.

596f

Cum principia, seu praemissae demonstrationis  
apelletur propter causas conclusionis, sic queri solet, in quod  
sunt causae? Averroes dicit, esse solum causas formales,  
et illuminativas: Thomam vero esse causas efficientes. Unde cum  
hic dicimus, quod alicuius praemissarum causarum efficienter alicuius  
conclusionis. sic D. Th. post text. 3a referens pro sua sen-  
tentia propter haec verba: principia se habent ad effectum  
in demonstrationibus, sicut causae activae in naturis ad suos  
effectus: unde in 2o philosophiarum propter syllogismi ponuntur

in genere causae efficientis. — Ratio 2<sup>o</sup> ratio: id quod ultimo complet  
 intellectu, ut possit avertenti conclusioni, concurrunt efficientes ad assen-  
sum conclusionis; id in tali statu positum incipit per avertenti per  
mutari: q<sup>o</sup> max<sup>e</sup> e<sup>st</sup> evidenter; nam id q<sup>o</sup> complet agenti in ordine ad ope-  
 rationem, est forma, qua agenti agit, seu virtus eius, q<sup>o</sup> totu<sup>m</sup> perti-  
 net ad genus efficiendi: sic species intelligibilis concurrunt efficiendo ad  
 cognitionem, q<sup>o</sup> e<sup>st</sup> forma qua completur potentia<sup>l</sup> intellectus  
 et sic de aliis. mir<sup>e</sup> eti<sup>a</sup> conitatur: q<sup>o</sup> incipit non habet vim pri-  
 ma<sup>l</sup> efficiendi tale<sup>m</sup> conclusionem, nisi actuatur cognitione primi-  
 p<sup>o</sup>ri<sup>o</sup>, et premissarum, in quibus conclusio continetur. —

175

Uralia dubia

595] hic ponit soluta revolvantur, ad avertenti; q<sup>o</sup> avertenti premissarum necessitas  
incipit ad avertenti conclusioni. et ratio e<sup>st</sup>, quia incipit non potest non  
 avertenti vero sibi evidenter et manifeste p<sup>o</sup>posito; p<sup>o</sup>posito a<sup>u</sup> avertenti  
 in premissarum, manifeste p<sup>o</sup>positum incipit veritati conclusioni; q<sup>o</sup>  
 si premissae sunt verae, conclusio ex illis recte illata ratio vera  
 e<sup>st</sup>; et non habeat aliam veritatem, praeter veritatem premissarum:  
 unde p<sup>o</sup>posito avertenti premissis, necessario avertenti conclusioni.  
 Advertite 2<sup>o</sup>: quod cu<sup>m</sup> demonstratio sit totaliter distincta, exigit  
 plures operationes incipit distinctas; et in illarum successione, et cau-  
 salitate, demonstrationis essentia consistit. Ceterum hoc non ob-  
 stante: in ipso quod principia, seu premissae p<sup>o</sup>posita sunt, cog-  
 noscantur, cognoscitur in illis saltem implicita, et virtualiter  
 conclusio; q<sup>o</sup> illius veritatis sunt causae: et similiter cognoscitur con-  
 clusione ut demonstrata, eti<sup>a</sup> cogitur premissae, et motu<sup>m</sup>  
 avertenti conclusioni. Videatur circa haec mag<sup>e</sup> Prado in  
 presenti. —

Sui Secundus  
 Aliqua Circa Scientiam, quam Causat  
 Demonstratio, Explicantur.

596] Cuius effectus Demonstrationis sit scientia, qua generat; necessitas  
 e<sup>st</sup> aliqua<sup>m</sup> scientie in communi notitia, hic cum philosopho, trade-  
 re. sic<sup>o</sup> illa explicavit Ariles: causa e<sup>st</sup> rem per causam cognoscere, et quo  
illius e<sup>st</sup> causa, et quod aliter se habere non poterit. ut a deli-  
 cernere possit scientia, imitte sumpta a reliquis habitibus in-  
 tellectualibus, notare, q<sup>o</sup> habitus incipit alii sunt perfecti, et ali  
 imper.

imperfecti. Perfecti sunt: virtutes intellectuales determinantes incho-  
infalibilibiter ad verum obiecti cognitionem. et huiusmodi sunt quin-  
que species: scilicet, intelligentia, quae est dicitur lumen principiorum;  
sapientia: scientia: prudentia, et ars. intelligentia est: habitus  
determinans incho ad cognoscenda prima principia per se nota.  
sapientia est: cognitio certa, et evidens rerum per ultimam cau-  
sam; Pro huius definitionis in qua notate quod certitudo est fir-  
ma adhaesio intellectui conformis suo obiecto intelligibili: evi-  
dentia autem est: apparentia certitudinis. Prudentia est: recta ra-  
tio agibilium; ars vero, recta ratio factibilium; Differunt agibi-  
lia a factibilibus; quia factibilia sunt quae fiunt in externa  
materia: agibilia vero sunt operationes intrinsecae, et inma-  
nentel. Divisiones artis in mechanicas, et liberales dedimus qui-  
sione secunda proemial. logic.

triu clara  
manifestatio

599

Scientia est: cognitio rei per  
causas inferiores, seu cognitio certa, et evidens per demon-  
strationem acquisita. Divisiones scientiae in actualem et habi-  
tualem ponimus quae citata nunc 30. et de divisione scientiae  
in practica, et speculativa satis diximus quae 3a proemial.  
lib. Ulterius scia dividitur in naturalem, et super natura-  
lem. Scientiae naturales sunt, quae nituntur principiis naturalibus  
ut physica, mathematica, et aliae. Supernaturales sunt: quae  
nituntur principiis divinitus revelatis. Ut sacra theologia.  
Denique divitur scientia in subalterna, et sub alterna. q-  
ta est, ex qua aliqua inferior scientia desumit sua principia.  
2a est, quae ab alia scientia superiori principia sumit. Sic  
medicina subalterna est physica, quia in physica continen-  
tur principia medicinae; ideo quae ait axioma, ubi desinit  
physica incipit medicina. Ex his habetis quomodo scientia differat  
a reliquis virtutibus intellectualibus.

Habitus autem imperfecti sunt, qui  
non determinant incho ad verum infalibilibiter, et huiusmodi sunt  
opinio, fides humana, dubitatio, et error. Opinio est determi-  
natio incho circa alteram partem contradictionis in formidine  
alterius. Opinio autem alia dicitur probabilis, quae est determi-  
natio prudens ad unam partem ob gravia fundamenta; et  
2a maior, minor, et fundamentarum gravitate dicitur opinio  
magis,

600

magis, minus probabilis. Si determinatio incerti orta fuerit ex leuius  
 fundamenti p[ar]te, vocatur suspicio: agilitas a, seu prom-  
 ptitudo ad inveniendy media p[ro]babilia ad discurrendy vocatur  
solertia; et hec omnia ad opinionem pertinent. Fides humana e[st]  
aversus, qui instititur hominy testimonio; ideo q[uod] obicitur, et p[ro]ba-  
 bili e[st] ex natura sua. Dubitatio e[st] co[n]fictio sine assensu, et dicitur  
 q[uod] incertus manet suspensus intr[um] duas p[ar]tes contradictionis, et  
 pro neutra determinatur. Error denique e[st] alienus, quo incertus  
adheret falso, existimato vero; unde errore vocamus sententiam  
 que veritati existimata ut talit[er] opponitur. Hec omnia de ha-  
 bitibus incerti diximus; q[uod] si ut ait coe proloquy, opposita x[risti]  
re posita magis elucescunt, abidubio clucescet co[n]fictio quid  
dicatur scientie, co[n]ficta natura habitus illi oppositoru[m], et  
 hec de libris p[ro]terioru[m]; simul que de tota logica magna.


176

Hec s[unt] Charissimi fratres, que de logicis disputationibus vobis dicere  
 potui. Non sunt, certe, qua volui, et debui subtilitate disposita; sunt  
 t[ame]n qua valui, x[risti] debili ingenio mei capax, claritate ordinata: siquid  
 q[uod] in illis minus consonu[m] inueneris, pariter p[ro]mittari, pariter igno-  
 rantie mee sperabaz, quide[m] oprabam q[uod] in p[ro]funda disputatione calamo  
 plura daret, ut p[re]cedentiu[m] defectu[m] intraueret; ceteru[m]  
 imperatus uentus me seffellit; n[on] obediencie vinculo obstrictus, en sub-  
trahor, et raptus a vobis, et innane factus est desideriu[m] meum, perit  
q[uod] vacua spes mea. Utinam non sic vacue p[re]ces mee, quibus oro  
celitus p[ro]p[ter] te, ut vos omnes in sua voluntate bene placito con-  
seruet; ut que hoc qualecumq[ue] studiu[m] inuicium vestra mentes illu-  
minet, ut clare agnoscentis, que sit voluntas Dei, numquam ab-  
iciat remittat ab errore; sic in mihi inuitis erit, et super me dat-  
us labor, si que in vestra educatione ambitum: si in quibus ob-  
riabor in laboribus meis; vos q[uod] eritis gaudiu[m] meum, et corona  
mea; si in autem erit dolor meus super dolore, et in me cor  
meum in extremis. In re in huc que dicra, nostra q[uod] omnia ca-  
dant in gloriam Dei omnium supremi Domini, unici que  
rectoris. Cadant in laudem B. V. M. sub claris fontibus co[n]fictio-  
mine; ex quo limpidissimo fonte omnium riuculorum nostru[m]

nostrae candidae familiae puritas emanavit. Cedant in super  
 in honorem utriusque S<sup>ni</sup> Patris Augustini, scilicet et Norberti  
 necnon S<sup>ni</sup> Barnabae apostoli a spiritu sancto in opus euan-  
 gelicum singulariter segregati: et etiam Ang<sup>l</sup> mag<sup>o</sup> Divi  
 Thomae aquinani, S<sup>ni</sup> mag<sup>o</sup> in vicissim martiris Christopho-  
 ri; omniumque illorum, qui cali<sup>o</sup> culmina tenent. Cedant  
 Denique in vestram utilitatem; pro qua si aliquid la-  
 borabi, unam solum, Charissimi mei, exigo retributionem,  
 Et in orationibus vestris semper memineritis mei:  
 sic spero. Valere & Dillectissimi, valere in Domi-  
 no. Valere.

O. S. C. S. M. C.

J<sup>o</sup> Barnabae Campuzano  
 Humilis Retorrensis Canonici.







Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible.

Handwritten signature or name, also illegible due to fading.

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC



UVA.BHSC



UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC




UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA/BHSC

UVA.BHSC





UVA. BHSC